This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

EXERCITATIONES CRITICAE

IN

POETICIS ET PROSAICIS

QUIBUSDAM

ATTICORUM MONUMENTIS.

ACCEDIT DESCRIPTIO CODICIS AMBROSIANI, QUO CONTINETUR FRAGMENTUM ONOMASTICI POLLUCIS, CUM PRAECIPUARUM LECTIONUM ELENCHO.

SCRIPSIT

HENRICUS VAN HERWERDEN.

HAGAE COMITUM,
APUD MARTINUM NIJHOFF.

MDCCCLXII.

PRAEFATIO.

Quamvis a renatis inde literis ad hunc usque diem plurimi homines Graecam linguam optime callentes iidemque non raro acutissimo praediti ingenio intentis viribus id egisse putandi sint, ut veteris aevi scriptores tum optimorum codicum auxilio tum divinandi facultate adiuti quam emendatissimos ederent, nihilominus negari non potest etiam hodie in optimo et tritissimo quoque scriptore quam plurimos exstare locos, quibus aut Graecitati aut sententiae vim inferri appareat. Quam multa autem in hoc quoque genere nostrae aetatis criticis agenda supersint, facile intelligimus Dindorfii, Meinekii, Cobeti, aliorum uberrimam egregiarum emendationum copiam in scriptis veterum monumentis quotidie ferme admirantes. A quorum virorum praestantia etsi longo intervallo me remotum esse sentio, diu tamen est ex quo illorum exemplis excitus insitam animo iudicandi et reperiendae veritatis facultatem excolere et excolendo augere coepi. Quum vero huius studii documenta quaedam aliis occasionibus prolata viris eruditis non displicuisse intellexerim, nunc quoque aliqua spes me tenet fore, ut iidem has adnotationes criticas benevolo iudicio excipiant. In hac autem scriptione id egi, ut quam paucissimis verbis singula absolverem. Etenim docuerat me tum aliena tum mea quoque experientia in hoc

maxime studiorum genere vera ut plurimum sua se vi ac virtute prodere, falsa contra ut diu pro veris habeantur nullis unquam argumentandi artificiis effici posse; quare poetae obtemperandum esse duxi verissime monenti: *ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ.* Speraveram autem fore, ut iam principio anni LXI hic libellus ederetur, verum longe diutius quam initio credideram typothetas Graecorum characterum non satis gnaros opus detinuit. Vel sic tamen impressa folia perlustrantem aliquanto plures me typorum errores offendunt, quam aequo animo aliquis ferat. Quorum errorum gravissimos in ultima libri pagina significavi. Id unum monendum mihi restat ruri me hoc opusculum composuisse, non quidem in summa librorum inopia, sed iis tamen praesidiis destitutum, quae publicae bibliothecae in urbe viventibus uberiora quam suppetant rusticantibus soleant offerre. Inde fieri posse non nego, ut inter meas emendationes reperiantur, quae iam aliis ante me facere contigerit. Quorum inventorum laudem, si qua est, integram concedam iis, qui me priores eam meruerint. Hoc reticuissem, ni ineptis furti literarii criminationibus viros me longe doctiores et acutiores saepe ab aliis obtrectandi causa petitos esse et etiamnunc peti animadverterem. Longe magis, ut verum fatear, me poenitet earum observationum, quas aut falsas esse aut veri dissimiliores me docuerint *αἱ δεύτεραι φροντίδες.* In quarum locum succedant emendationes quaedam *selectae* in Aristophanem, quas in praefationem includendi veniam abs te, optime lector, quamvis novo fortasse exemplo mihi sumam. Ut chartae parcam, more meo verbis utar paucissimis. ACHARN. vs. 176 absurda est Amphithei oratio: *μήπω γε πρὶν ἂν ἑςῶ τρέχων.* E sqq.: *δεῖ γὰρ κτἑ.* apparet Aristophani reddendum esse: *πρὶν ἄν σωθῶ τρέχων.* Codd. *ςῶ.* Ibid. vs. 193 suspicor: *διατριβῆς καὶ ξυλλόγων* pro *τῶν ξυμμάχων;* vs. 505 *κοὐχί* pro *κοὔπω;* vs. 571 *τι ἀνύσας* pro *τις ἀνύσας.* Ib vs. 988 e codice Ravennati, quem ipse denuo excussi, sic

expleo lacunam, ut scribatur: *ἐπτέρωταί τ' ἐπὶ τὸ δεῖπνον κτἑ.* Nimirum tres primae syllabae vocabuli a me restituti procurrentes in oram libri sinistram fefellerant Bekkeri oculos. Scriptum autem est literis prope evanidis in hunc ferme modum: *ἐπτέρταί.* Vulgo ... *ταί τ' ἐπί κτἑ.* Coniectura expleri lacuna potest, quam neminem observasse miror vs 1142. Nempe e Lamachi oratione vs. 1140—1141, cll. vss. 1097—1132, apparet Dicaeopolin dixisse:

τὸ δεῖπνον αἴρου (καὶ βάδιζ', ὦ παῖ, λαβών·
σίζει. βαβαιάξ)· συμποτικὰ τὰ πράγματα.

Vs. 1124 pro *γοργόνωτον* verum videtur *γοργόνωπον;* cui vocabulo exitialis fuit paronomasia vs. sq. in *τυρόνωτον.* Non minus certa et corruptela et medicina est EQUIT. vs. 193: *ἀλλ' εἰς ἀμαθῆ καὶ βδελυρὸν ἥκει· μὴ παρῇς κτἑ.* pro *ἀλλά* male repetito e vs. initio. Ibid. vs. 524 lego: *οὐκ ἐξήρκεσε πρεσβύτης ὤν, ὅτι τοῦ σκώπτειν ἀπελείφθη,* eiectis vocabulis: *ἀλλὰ τελευτῶν ἐπὶ γήρως οὐ γὰρ ἐφ' ἥβης ἐξεβλήθη,* quippe quae duplici offendant tautologia. Sequentia intelligam, si poetae manus fuerit haec:

ὃς πολλῷ ῥῷ τῶν ἐπινοιῶν
διὰ τῶν ἀφελῶν πεδίων ἔρρει κτἑ.

ubi absque sensu vulgatur: *ὃς πολλῷ ῥεύσας ποτ' ἐπαίνῳ κτἑ.*

Ibidem vs. 598:

ἀλλὰ τὰν τῇ γῇ μὲν αὐτῶν οὐκ ἄγαν θαυμάζομεν,
ὡς ὅτ' ἐς κτἑ.

exspectaveram *οὐ τόσον,* et vs. 603 nullus dubito, quin verum sit: *ληπτέον μᾶλλόν τι, ὦνδρες· οὐκ ἐλᾷς, ὦ σαμφόρα;* ubi locus non est formulae dubitandi *τί δρῶμεν;* quae est in vulgatis. Vs. 664:

ἐκαραδόκησεν εἰς ἔμ' ἡ βουλὴ πάλιν,
ὁ δὲ τοῦτ' ἀκούσας ἐκπλαγεὶς ἐφλήναφα.

Non *ἐξεπλάγη* Cleo auditis, quae isiciarius dixerat, sed quia animadverterat, hunc *demi* animum in se convertisse: quapropter requiro: *ὁ δὲ τοῦτο νοήσας κτἑ.*, cl. vs. 652: *ὁ δ' ὑπονοήσας κτἑ.* Vs. 722 utique reponendum: *οὐκ ὠγάθ' ἐν βουλῇ μ' ἔθ' ἕξεις καθυβρίσαι*, ubi doceri velim, quem sensum habere possit vulgata lectio *με δόξεις*. Deinde autem scribas ibidem: *ἴωμεν ὡς* (pro *ἐς*) *τὸν Δῆμον.* Non minus certum arbitror vs. 729 sq. emendandum esse:

— *οὐκ ἄπιτ' ἀπὸ τῆς θύρας,*
τὴν τ' εἰρεσιώνην μὴ κατασπαράξετε;

pro vulgatis *τὴν — μου κατεσπαράξατε.* Perpendas quoque tecum velim, mi lector, utrum concoquere possis vs. 746 sq.:

καὶ μὴν ποιήσας αὐτίκα μάλ' ἐκκλησίαν
ὦ Δῆμ' ἵν' εἰδῇς ὁπότερος νῷν ἐςὶ σοι
εὐνούςερος, διάκρινον, ἵνα τοῦτον φιλῇς,

an mecum reponere malis: *ὦ Δημίδιον, εἶθ' ὁπότερος κτἑ.* Frequens autem et notus est usus voculae *εἶτα* post participium illatae. Nec fortasse improbabis coniecturam nostram vs. 751 distinguendum esse et corrigendum in hunc modum: *ἀλλ' ἐς τὸ πρόσθε χρὴ παριέν' ἐς τὴν πύκνα*, qui versus vulgo sic scribitur: *ἀλλ' ἐς τὸ πρόσθε. χρῆν παρεῖν' ἐς τὴν πύκνα.* Cf. Acharn. vs. 43. Omnes quoque interpretandi conatus eludit vs. 814, ubi de Themistocle sermo est: *ὃς ἐποίησεν τὴν πόλιν ἡμῶν μεςὴν εὑρὼν ἐπιχειλῆ.* At diffugient omnes difficultates scripto *μεγάλην*, quod quam recte reponatur apparet ex ipsis oppositis vs. 817: *σὺ δ' Ἀθηναίους ἐζήτησας μικροπολίτας ἀποφῆναι.* Minus recte recepta est Bentleii correctio vs. 1230, ubi codd. habent: *φράζων ὑφ' οὗ δεήσει' μ'* (al. *δεήσειν*) *ἡτ-*

τᾶσθαι μόνον. Quod enim ille reposuit ἐδέησέ μ' male cohaeret cum praegresso ἐςι — φράζων. Certum est requiri: φράζων ὑφ' οὗ δεῖ μ' ** ἡττᾶσθαι μόνον. Quod ergo aliud vocabulum excidere potuit quam ἀνδρός? quod, quaeso, restituas. Mox vs. 1281 haereo in his: Ἀριφράδης πονηρός, ἀλλὰ τοῦτο μὲν καὶ βούλεται. Vide, sis, sequentia et fortasse mihi dabis sententiam loci potius favere coniecturae meae κἄλλων μέτα. Cf. v. c. Herod. VI, 68 § 3. Deinde spero fore, ut reperiantur, qui mecum ut spurium condemnent vs. inficetum, explicandi causa olim adscriptum ad Nubium vs. 26: ὀνειροπολεῖ γὰρ καὶ καθεύδων ἱππικήν. Confictus autem videtur ad exemplum vs. 16 ὀνειροπολεῖ θ' ἵππους. Iterum dubito, num recte Meinekius in ordinem receperit Hermanni coniecturam vs. 179 θυμάτιον pro θοιμάτιον, siquidem tum vox deminutiva displicet, tum, quod gravius est, non intelligitur quomodo in palaestra θῦμα reperiri potuerit. Quare videas an potius Aristophani reddendum sit: ἐκ τῆς παλαίςρας θυλάκιον ὑφείλετο. Cf. Ar. Plut. 763, fragm. Arist. ap. Pollucem X 151, Herod. III 46. Vix assequor quomodo vs. 417 lectio καὶ γυμνασίων corrupta esse potuerit ex κἀδηφαγίας, quam scripturam servavit Laertius vulgatae haud dubie longe praeferendam. Hoc unum moneo contextum admittere, quod perexiguo literarum discrimine reponi possit: οἴνου τ' ἀπέχει καὶ συμποσίων κτέ. Una litera demenda videtur vs. 552:

οὗτοι δ', ὡς ἅπαξ παρέδωκεν λαβὴν Ὑπέρβολος,
τοῦτον δείλαιον κολετρῶσ' ἀεὶ καὶ τὴν μητέρα,

Lego: οὐ τὸν — μητέρα; Contra binas additas velim vs. 578 sq.: πλεῖςα γὰρ θεῶν ἁπάντων ὠφελοῦσαι τὴν πόλιν, δαιμόνων ἡμῖν μόναις οὐ θύετ' οὐδὲ σπένδετε. Quae enim nunc vix cohaerent, optime habebunt, ubi scripseris: πλεῖςα γὰρ θεῶν ἁπάντων ὠφελούσαις τὴν πόλιν δαιμόνων θ' ἡμῖν μόναις οὐ θύετ' οὐδὲ σπένδετε. Iungas: ἡμῖν γὰρ πλεῖςα θεῶν δαιμόνων

τε ἁπάντων ὠφελούσαις τὴν πόλιν μόναις κτέ. In vs. 614 suspectam habeo formam *σεληναίας* pro *σελήνης*. Num forte *φῶς σεληναῖον καλόν* scribendum est? Vs. 721 vide an acquiescere possis in Scholiastarum interpretatione vocabulorum *φρουρᾶς ᾄδων*. Sin minus, fortasse tibi arridebit mea coniectura *φρούδας ᾄδων*. Certius est vs. 745 reponendum esse:

> *κᾆτα τὴν γνώμην πάλιν*
> *κίνησον αὖθις αὖ τε καὶ ζυγώθρισον,*

ubi legitur *αὐτό*. Vs. 1127 erit, qui mecum praeferat: *κἂν γάμῃ ποτ' ηὑτὸς ἢ τῶν ξυγγενῶν τις ἢ φίλων.* Vs. 1169 numerorum ratio suadet, ut deleto interpretamento *τὸν υἱόν* rescribatur: *ἄπιθί (νυν) λαβών.* Difficultatem grammaticam, quae premit Vesparum vs. 126, facile removebis scribendo:

> *ἐντεῦθεν (οὖν) ὁ μὲν οὐκέτ' αὐτὸν ἐξέφρει,*
> *ὁ δ' ἐξεδίδρασκε.*

Vulgata *ἐξεφρείομεν* (quae forma est nihili) originem debere videtur huiusmodi scripturae: *ἐντεῦθεν οὖν οὐκέτ' αὐτὸν ἐξέφρει,* adscriptis in margine prope vocabulum *ἐξέφρει* voculis *ὁ μέν*, quae librarius errore omiserat. Qui error, ut vides, novum errorem peperit. Postquam enim *ὁ μέν* male cum *ἐξέφρει* coaluerat, a correctore, opinor, expulsa est vocula *οὖν*, quippe quae metro adversaretur. Facilis quoque medicina parata est vs. 470, qui sic corrigendus, ut legatur: *ἔσθ' ὅπως ἂν ἐκ* (pro *ἄνευ*) *μάχης — ἐς λόγους ἔλθοιμεν*, cl. vs. 866: *ὅτι γενναίως ἐκ τοῦ πολέμου καὶ τοῦ νείκους ξυνέβητην.* Vs. 161 Pacis scripserim: *ὀρθὴν* (pro *ὀρθὸς*) *χώρει Διὸς εἰς αὐλάς*, cl. Av. vs. 1: *ὀρθὴν κελεύεις* (*ἰέναι* scil.) et ibidem vs. 165: *ἀπολεῖς ἀπολεῖς*, omisso pronomine. Vs. 193 contextus vix patitur *πῶς ἦλθες*, quare vide an forte lateat *ὡς ἡδέ'* (*τὰ κρέα* scil.)? Vs. 197 utique transponendum: *φροῦδοι γάρ εἰσιν, ἐχθὲς ἐξῳκισμένοι.* Vs. 300 suspicor: *νῦν γὰρ ἡμῖν αἶ σπάσαι*

(pro ἁρπάσαι) πάρεστιν ἀγαθοῦ δαίμονος. Cf. Eur. Cycl. vs. 416 et vs. 568. Collato vs. 515, coniicio vs. 471 scribendum esse: κἀπεντείνω καὶ σπουδάζω, nam verbo ἐπεμπίπτειν ibi locus non est. Haud magis intelligo, quid sit vs. 511: οἵ τοι γεωργοὶ τοὔργον ἐξέλκουσι κἄλλος οὐδέν. Vix dubito, an verum sit ἐκτελοῦσι. Absurdum est ἄλλων vs. 760:

ἀλλ' ὑπὲρ ὑμῶν πολεμίζων
ἀντεῖχον ἀεὶ καὶ τῶν ἄλλων νήσων· ὧν οὕνεκα νυνὶ
ἀποδοῦναι μοι τὴν χάριν ὑμᾶς εἰκὸς κτέ.

Abiecto additamento repone: τούτων οὖν οὕνεκα κτέ. Perperam Meinekius vitii suspectum habet vs. 824. Iocum enim continet hodierno quoque usu satis frequentem. Nimirum Trygaeus ab Olympo redux servi quaerentis ex ipso, *an redierit*, ἀναισθησίαν sulse perstringit respondendo: *ut quidem ego e quopiam audivi.*

Avium vs. 478 haud dubie transponendum: ὡς πρεσβυτάτων ὄντων αὐτῶν ὀρθῶς ἔσθ' ἡ βασιλεία. Ibid. vs. 586 conieci: ἢν δ' ἡγῶνται σὲ θεὸν σεμνόν, Ζῆν' ἢ Κρόνον ἢ σε Ποσειδῶ, in quibus σεμνὸν debetur Cobeto, qui σεμνόν σε θεόν proposuerat. Recte tamen Meinekius reliqua quoque: σὲ δὲ γῆν σὲ Κρόνον σὲ Ποσειδῶ mendosa esse monet. Pluralem numerum sensus postulat vs. 613: καὶ τοὔνομ' ἡμῖν φράσατον; quocirca scripserim: καὶ τὠνόμαθ' ἡμῖν κτέ. Similiter mox vs. 647 pro ἴθι requiro ἴτε. Vs. 698 poetae reddiderim: οὗτος χάει ἠερόεντι μιγεὶς νύχιος κατὰ τάρταρον εὐρὺν pro νυχίῳ. Vs. 850 verum videtur: παῖ παῖ τό τε κανοῦν αἶρε καὶ τὴν χέρνιβα, et vs. 893: ἄπελθ' ἀφ' ἡμῶν καὶ σὺ καὶ τὰ στέμματα ira, qua haec dicuntur, suadet: ἄπερρ' ἀφ' ἡμῶν κτέ. Cf. Nubb. 773 et Eccl. 169. Vs. 956: τουτὶ μὰ Δί' ἐγὼ τὸ κακὸν οὐδέποτ' ἤλπισα, οὕτω ταχέως τοῦτον πεπύσθαι τὴν πόλιν. Mala interpretatio locum perdidisse videtur. *Τουτὶ τὸ κακόν* ipse vocatur poeta, cf. vs. 931 et 992: quare, deleta vir-

gula post *ἤλπισα*, pro *τοῦτον* substituatur *ταύτην*. Nec vs. 1105, opinor, violabis reponendo: *πρῶτα μὲν γάρ, ὧν* (pro *οὗ*) *μάλιϛα πᾶς κριτὴς ἐφίεται, γλαῦκες ὑμᾶς οὔποτ' ἐπιλείψουσι Λαυριωτικαί*, neque vs. 1212, rescripta formula *οὐκ ἐρεῖς;* (i. e. *dic*) pro *οὐ λέγεις;* quod Graecum non est eo sensu, quem habet *οὐ φῄς;* Vs. 1347 lego: *μάλιϛα δ' ᾧ* (scil. *νόμῳ*) *καλὸν νομίζετε* (vel *νομίζεται*) *κτέ.* pro *μάλιϛα δ' ὅτι κτέ.* Vs. 1382 pro *μετάρσιος* praeplaceret mihi h. l., quippe quae grandius sonet, forma Dorica *πεδάρσιος*, cl. vs. 1197. Reliquas meas in quinque ultimas fabulas Aristophaneas observationes, quippe adhuc nimium recentes, aliam nactus occasionem cum eruditis communicare malo. Liberiore enim animo ac severiore iudicio minusque nobismet ipsi placentes ea, quae aliquamdiu scriniis inclusa iacuerunt, quam quae nuperrime excogitavimus, contemplari atque diiudicare fere solemus.

Scribebam Groningae
Novembri mense a. MDCCCLXI.

INDEX CAPITUM.

			Pag.
Cap.	I	Observationes criticae in aliquot Aeschyli fragmenta	1— 9.
»	II	» » » » Sophoclis »	10— 30.
»	III et IV	» » » Euripidis „	31— 69.
„	V	» » reliquorum tragicorum »	69— 82.
»	VI	» » anonymorum „ „	83— 91.
»	VII	» » in Aeschylum	92—111.
»	VIII	» „ » Sophoclem	111—128.
»	IX	„ „ „ Euripidem	129—147.
»	X	„ „ „ Thucydidem	147—162.
„	XI	» » „ Aeschinem	162—165.
„	XII	» » „ Demosthenem	166—180.
	XIII	De codice Ambrosiano Pollucis	180—197.

INDEX RERUM.

	Pag.
Articulus restitutus	73, 113.
Choriiambi restituti	33.
Cretici »	61.
Dochmii »	34, 84, 98, 111.
Iambi »	9, 19, 25, 72.
Dittographia observatur	27, 112, 131, 154, 158, 170.
Interpretem egi	57, 58, 59, 112, 113, 118, 126.
Interpretamentum expulit genuinum vocabulum	10, 11, 15, 57, 72, 99, 112, 116, 127, 131, 132, 137, 140.
Lacunae imperite expletae a librariis	28, 51, 54, 55, 64, 65, 73, 91, 112, 123, 127, 145, 159.
Lacunas explere conatus sum	16, 78, 87, 115, 118, 146, 153, 169, 170, 171.

Stobaeus et alii Grammatici saepe sententias afferunt non integras . . . . Pag. 40, 41, 49.
Synizesis . . . . 119, 120, 122, 123, 124, 131, 141, 147.
Transponendi (versus aut vocabula) 1, 70, 77, 99, 107, 113
Versus spurii . . . . 10, 18, 24, 41, 46, 53, 77, 89, 95, 99, 100, 106, 109, 110, 112, 115, 124, 126, 131, 133, 142, 147.
„ distributi a me interlocutoribus. . . . . 35, 42, 55.
„ serioris aevi et politici . . . . 23, 84.
„ qui, quamvis in tragoediis superstitibus exstent, fefellerunt fragmentorum compilatores . . . . 86, 89.
„ delitescentes in oratione pedestri . . . . . . 91.
„ ex aliis fabulis olim in margine adscripti . 111, 122.
„ excidit . . . . 115.
Vocabula errore repetita e praecedentibus . . . . . 17, 34 cet.
„ saepe perierunt propter similitudinem, quae iis intercedebat cum proxime praegressis aut sequentibus . . . . . . 28, 29, 36, 48, 85, 88, 94, 115, 127, 150, 152, 156, 158, 171, 174.
„ male divisa . . . . 27, 35, 73, 80, 96, 99, 101, 102, 107, 114, 126, 131.
„ errore repetita e praegressis . . . . 17, 34, 117.

INDEX AUCTORUM

APUD QUOS EXSTANT FRAGMENTA DE QUIBUS EGI.

Pag.
Achilles Tatius . . . . 13, 67.
Aeschines . . . . 62.
Anecdota (Bekkeri) . . . . 5.
„ (Crameri) 1, 32, 33, 84
Apollodorus . . . . 83.
Aristoteles . . . . 78.
Athenaeus . . . . 2, 6, 9, 15, 21, 25, 28, 29, 42, 50, 70—73, 77—79, 81.
Athenagoras Legat. pro Chr. . . . . . . 67, 68.

Pag.
CLEMENS Alexandrinus . . . . 29, 32, 60, 67, 88.
DIOGENES Laertius . . . . 72.
DIONYSIUS Halicarnassensis . . . . 12.
DOXOP TER . . . . 85.
EROTIANUS . . . . 26.
EUSTATHIUS . . . . 30.
GALENUS . . . . 26.
Grammaticus Coislinianus . . . . 30.
HERODIANUS Grammaticus . . . . 11, 12, 40, 85.
HESYCHIUS . . . . 20, 21, 24.
IUSTINUS Martyr . . . . 45.
LUCIANUS . . . . 64.
LYCURGUS . . . . 48.
MACROBIUS . . . . 6, 19.
MICHAEL Apost. . . . . 83.
ORION (Anthol.) . . . . 39.
PHILO Iudaeus . . . . 59.
PLUTARCHUS . . . . 8, 9, 17, 23, 28, 29, 32, 47, 59, 64, 85—88
POLLUX . . . . 58.
PORPHYRIUS . . . . 52.
PSEUDO-CALLISTHENES . . . . 90.
QUINCTILIANUS . . . . 89.
Scholia ad *Aristophanem* . . . . 13, 27, 34, 50, 59, 89.
—— *Euripidem* . . . . 9, 29, 69.
—— *Iliadem* . . . . 3, 69.
—— *Odysseam* . . . . 23.
—— *Pindarum* . . . . 4, 10, 19, 68.
—— *Sophoclem* . . . . 5, 88.
SEXTUS Empiricus . . . . 73—75, 87.
STEPHANUS Byzantinus . . . . 16.
STOBAEUS . . . . 10, 14, 15, 17, 22, 24, 27, 31, 34—44, 46, 47, 49, 51, 53—58, 60, 62, 63, 65, 66, 69, 72, 73, 79—82, 87, 90, 91.
STRABO . . . . 1, 16.
SUIDAS . . . . 13.
THEOPHILUS ad Antolycum . . . . 7.
TIBERIUS de figuris . . . . 37.
Vita Euripidis . . . . 54.

CAPUT I.

OBSERVATIONES CRITICAE IN ALIQUOT AESCHYLI FRAGMENTA.

Metri legibus ut satisfieret, vv. dd. sententiam perdiderunt fragmenti Aeschylei ex *Edonis* ap. Strabon. X p. 470 scribentes:

Ψαλμὸς δ' ἀλαλάζει·
ταυρόφθογγοι δ' ὑπομυκῶνται
ποθεν ἐξ ἀφανοῦς φοβεροὶ μῖμοι,
τυπάνου δ' εἰκὼν ὥσθ' ὑπογαίου
βροντῆς φέρεται βαρυταρβής.

Tympani imago, ut vertunt Latine, et τυπάνου εἰκὼν quid rei sit mihi aeque obscurum est. In codd. teste Nauckio legitur vel εἰχὼν (sic) vel ἠχώ, quarum lectionum haec ea ipsa est, quae requiritur. Scripserim:

χὥσθ' ὑπογαίου βροντῆς τυπάνων
ἠχὼ φέρεται βαρυταρβής.

Quod vulgatur εἰκὼν infelix est Naekii coniectura.

Ad Aeschyli *Phryges* sunt qui fortasse non iniuria referant versum, quem edidit Cramerus in Anecd. vol. I, p. 119:

πᾶσα γὰρ Τροία δέδορκεν Ἕκτορος τύχης δίαι.

Hodie pro δέδορκεν scribi solet δέδουπεν e Welckeri et

Bernhardii coniectura. Videant tamen viri docti annon leniore mutatione scribi praestiterit:

πᾶσα γὰρ Τροία δέδοικεν κτέ.

Eodem modo Sept. adv. Theb. vs. 104 chorum mulierum timore perculsarum cecinisse puto: *κτύπον δέδοικα· πάταγος οὐχ ἑνὸς δορός·* non id, quod unanimo codicum consensu hodie editur: *κτύπον δέδορκα κτέ*, quem admodum significavi iam alibi. Cf. ib. vs. 113, 124 et 184.

Ath. X p. 447 b. *τὸν δὲ κρίθινον οἶνον καὶ βρῦτόν τινες καλοῦσιν· μνημονεύει δὲ τοῦ πώματος Αἰσχύλος ἐν Λυκούργῳ·*

κἀκ τῶνδ' ἔπινε βρῦτον ἰσχναίνων χρόνῳ,
κἀσεμνοκόμπει τοῦτ' ἐν ἀνδρείᾳ ςέγῃ.

Corrupta videntur utriusque vs. vocabula ultima *χρόνῳ* et *ςέγῃ*. Pro illo *χρόα*, pro hoc *τιθείς* reposuerim.

Ath. XV p. 674. *Αἰσχύλος δ' ἐν τῷ λυομένῳ Προμηθεῖ σαφῶς φησιν ὅτι ἐπὶ τιμῇ τοῦ Προμηθέως τὸν ςέφανον περιτίθεμεν τῇ κεφαλῇ—καίτοι ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Σφιγγὶ εἰπών·*

τῷ δὲ ξένῳ γε ςέφανος, ἀρχαῖον ςέφος,
δεσμῶν ἄριςος ἐκ Προμηθέως λόγου.

Στέφος errore e praecedenti *ςέφανος* natum esse suspicor et Aeschylum dedisse: — *ἀρχαῖον πλέκος κτέ.*

Accentus doctum ceteroquin Grammaticum decepisse videtur, qui auctor est Scholii in Platonis Cratyl. p. 421 D. Laudat enim ad verba Platonica: *ἀγὼν πρόφασιν οὐκ ἀναμένει* locum Aeschyleum e *Glauco Potniensi* huncce: *ἀγὼν γὰρ ἄνδρας οὐ μένει λελειμμένους.* Quem versum Latine sic interpretantur: *Certamen non fert viros inferiores.* Sed neque *μένειν* Graece ponitur eo sensu quo *ἀναμένειν*, neque *λείπεσθαι* et *λελειμμένος*

nude adhibentur, sed addi solet aut res, qua sit aliquis inferior, aut persona. Nisi fallor, Aeschylus scripserat:

ἄγων γὰρ ἄνδρας οὐ μένει λελειμμένους —

i.e. *ducens enim viros non inferiores alacritate* —

Ad eandem tragoediam sunt qui referant duos versus ap. Schol. Ven. ad. Iliad. N, 198:

Εἶλκον δ' ἄνω λυκηδόν, ὥστε διπλόοι
λύκοι νέβρον φέρουσιν ἀμφὶ μασχάλαις.

Alii fortasse me feliciores interpretes erunt vocabulorum *φέρουσιν ἀμφὶ μασχάλαις*. Ego ista non magis intelligo quam interpretationem Latinam: *auferunt circa axillas*. Vide tamen an forte ἐξ *ἀμηχάνων πόρον* invenerim suspicando in librorum scriptura: *ΦΕΡΟΥΣΙΝΑΜΦΙΜΑΣΧΑΛΑΙΣ* delitescere hancce: *ΦΕΡΟΥΣΙΓΑΜΦΗΛΑΙΣΚΑΛΗΝ*, collatis versibus Homericis, quos poeta imitatur. Poetarum autem princeps l.l. ita canit:

Ὥςε δύ' αἶγα λέοντε κυνῶν ὕπο καρχαροδόντων
ἁρπάξαντε φέρητον ἀνὰ ῥωπήϊα πυκνά,
ὑψοῦ ὑπὲρ γαίης μετὰ γαμφηλῇσιν ἔχοντε·

Unde tragico reddiderim:

λύκοι νέβρον φέρουσι γαμφηλαῖς καλήν.

Plutarchus Mor. p. 1087 F. servavit fragmentum, quo Philoctetes morbi sui originem exponit hunc in modum:

οὐ γὰρ δακὼν ἀνῆκεν, ἀλλ' ἐνῴκισεν
δεινὴν ςομωτὸν ἔκφυσιν, ποδὸς λαβών.

Vs. 1 optime *δακὼν* pro *δράκων* ex egregia Hirschigii coniectura restituit Nauckius (fr. 248). Vs. 2, in quo *ςομωτὸν* pro *ςομάτων* debetur Valckenaerio, videndum est, an pro *ἔκφυσιν* substituendum sit *ἔκπτυσιν*, quemadmodum Aeschylum *τὸν ἐξεπτυσμένον ἰὸν* i. e. *e viperino morsu venenum* (Cic. Tusc. II,

7, 14) vocasse suspicor. Rectius quoque venenum quam *ulcus* (sic enim ἔκφυσιν interpretantur) στομωτὸν dici posse existimo.

Schol. Pind. Pyth. III, 27: τὸ ὑποκουρίζεσθαι ἀοιδαῖς εἶπε διὰ τὸ τοὺς ὑμνοῦντας ἐπευφημιζομένους λέγειν σὺν κόροις τε καὶ κόραις. Αἰσχύλος Δαναΐσι·

κἄπειτ' ἄνεισι λαμπρὸν ἡλίου φάος,
ἕως τ' ἐγείρει πρευμενῶς τοὺς νυμφίους
νόμοισιν ὕμνων „σὺν κόροις τε καὶ κόραις."

Vs. 1 κἄπειτα δ' εἶσι et vs. 2 ἕως ἐγείρω correxit Toupius, ipse πρευμενεῖς mutavi in πρευμενῶς et vs. 3 νόμοισιν ὕμνων scripsi pro νόμοισι θέντων. Videndum tamen an vs. 2 corrigendum sit potius:

ἕως τ' ἐπεγερεῖ πρευμενῶς τοὺς νυμφίους,

siquidem haec Futuro tempore dicta esse apparet ex ἄνεισι vs. 1. Nam sin minus, scripsisset ἀνέρχεται. Optime Nauckius conferri iubet Hesych. 2 p. 333.

Antig. Caryst. Hist. Mir. c. 115: τῶν δὲ θηλέων ζῴων ῥοπικώτερόν φησιν εἶναι πρὸς τὴν συνουσίαν ἵππον—φαίνεται δὲ καὶ Αἰσχύλος ἱστορικῶς τὸ τοιοῦτον οὕτως πως εἰρηκέναι πρὸς τὰς παρθένους ἐν ταῖς Τοξότισιν·

αἰδοῖ γὰρ ἁγναῖς παρθένοις γαμηλίων
λέκτρων ἑτοίμη βλεμμάτων ῥέπειν βολή κτἑ.

i. e. *prae pudore enim innuptis puellis luminum acies parata est vergere deorsum.* Pro ἄδων ταῖς de meo scripsi αἰδοῖ γὰρ et vs. 2 pro αστει μη dedi ἑτοίμη cum Hermanno, deinde ῥέπειν pro ῥέπει meo Marte: Ex hac coniectura Genitivus γαμηλίων λέκτρων pendet ab ἁγναῖς, quae res nemini erit offensioni, qui meminerit ἁγνὸς γάμων et similia tragicis esse tritissima. Contra tautologia laborant correctiones eorum, qui pro αστει μη substituunt ἀπείροις, ut fecit Heathius, vel

ἀγεύστοις, ut Ahrensius, vel denique *ἀδμῆσι*, ut ipse olim suspicabar. Neque hodie placet, quod aliquando tentabam vs. 2:

λέκτρων ἀεὶ 'ς γῆν βλεμμάτων ῥέπει βολή.

nam Graece dicitur *ἐπὶ γῆν* vel *πρὸς γῆν ῥέπειν*. Longius quoque distant a codicum vestigiis *ἔραζε* et *πρὸς οὖδας*, de quibus locutionibus substituendis aliquis cogitare posset.

Schol. Soph. ad. Oed. Col. 1047: *τὰ ἐν Ἐλευσῖνι τέλη φησί, καὶ εἴη ἂν λαμπάσιν ἀκταῖς λέγων ταῖς λαμπαδευομέναις καὶ καταλαμπομέναις ὑπὸ τῆς μυστικῆς φλογὸς καὶ τῶν ἱερῶν δᾴδων, περὶ ὧν Αἰσχύλος φησίν·*

Λαμπραῖσιν ἀστραπαῖσι λαμπάδων σθένει.

Mihi non sic scripsisse videtur sed *φλέγει*, cf. v. c. Sept. c. Theb. vs. 415, quidquid fuerit huius sententiae (nam incerta res est) subiectum. Hermannus, non monito lectore, pro *σθένει* dedit *σέλας*.

Anecd. Bekk. p. 346, 10. *Ἀδριαναὶ γυναῖκες. Αἰσχύλος Ἡλιάσιν·*

Ἀδριαναί τε γυναῖκες κόρον ἕξουσι γόων.

Scripsi *κόρον* de coniectura mea pro eo, quod sine sensu vulgatur, *τρόπον*. Cf. Eur. Alc. 183; Phoen. 1379; Hom. Od. δ 103. Non felicius idem vocabulum librariorum manus evasit in fragm. Euripidis apud Schol. ad Arist. Thesm. vs. 1018:

κλύεις ὦ
πρὸς Αἰδοῦς σὲ τὰν ἐν ἄντροις
ἀπόπαυσον, ἔασον,
Ἀχοῖ με σὺν φίλαις γόου πόθον λαβεῖν.

Scripsi haec, ut ingeniose corruptas codicis lectiones correxit Seidlerus; cuius emendationem perficiam reponendo: *ἔασον Ἀχοῖ με σὺν φίλαις γόου κόρον λαβεῖν.* Cogita, velim, quam absurde aliquis rogetur *pati*, ut ego aliusve *cupiat lacrymare*.

Ad Aeschyli *Laium* auctore Gronovio vulgo refertur fragm. huius poetae, quod exstat ap. Harpocrationem p. 123, 12 in v. *μαλακίζομεν*. *Αἰσχύλος ἐλαδιωκεκμῆτι μαλκίων ποδί*. Ingeniose, nam fatendum est, Gronovius ex *ἐλαδίω* s. *ἑλλαδίῳ* expiscatus est *ἐν Λαΐῳ*, quam coniecturam amplecti non dubitarem, nisi mutatione nulla aut fere nulla totum locum verisimiliter corrigere posses scribendo: *Αἰσχύλος· ἔλα δίωκε μή τι μαλκίων ποδί*, sententia tam facili quam perspicua. Partem veri iam vidit Hermannus rescribens:

ἔλα δίωκ' ἀκμῆτι μάλκιον ποδί

quae oppositis frontibus inter se pugnare rectissime pronuntiavit Cobetus Mnemos. III, p. 307. Ab eiusmodi crimine facile se defendet inventum nostrum:

ἔλα δίωκε μή τι μαλκίων ποδί.

ΔΙΩΚΕΜΗΤΙ quam proclivi errore in *ΔΙΩΚΕΚΜΗΤΙ* abire potuerit, manifestum est.

Aetnearum fragm. ap. Macrob. Sat. 5, 19, 17 vulgatur sic:

Α. Τί δῆτ' ἐπ' αὐτοῖς ὄνομα θήσονται βροτοί;
Β. Σεμνοὺς Παλικοὺς Ζεὺς ἐφίεται καλεῖν.

Reliqua adscribere nihil adtinet. Facile enim mihi omnes hoc dabunt, Jovem secundum poëtam iussisse eos, de quibus in fragmento sermo est, vocari *venerando nomine Palicos*, non hercle *venerandos Palicos*. Procul dubio igitur vs. 2 scribendus erit in hunc modum:

Σεμνῶς Παλικοὺς Ζεὺς ἐφίεται καλεῖν.

E dramate satyrico *Circe* petitum esse coniecerunt vv. dd. fragmentum, quod servavit Athenaeus IX, p. 375 E. scriptum in hunc modum:

Ἐγὼ δὲ χοῖρον καὶ μάλ' εὐθηλούμενον
τόνδ' ἐννοθοῦντι κριβάνῳ θήσω. τί γὰρ
ὄψον γένοιτ' ἂν ἀνδρὶ τοῦδε βέλτιον;

Vs. 2 codd. habent aut ἐννοτοῦτι aut ἐννοθοῦντι, quod exhibui. Utramque lectionem nihili esse vix est quod moneam. Verum reperisse et sibi et aliis visus est Dindorfius reponendo: *τόν δ' ἐν ῥοθοῦντι κριβάνῳ κτἑ.* Receperunt eam lectionem et alii et Nauckius, vertuntque: „hunc in *crepitante* furno ponam." Horum sententiam ego quoque amplectar, ubi primum aliquis demonstraverit vocabula *ῥόθος*, *ῥόθιος*, *ῥοθεῖν* et *ῥοθιάζειν* usquam aliter adhibita esse quam de *aquarum murmure*.

Ego fabulae satyricae non nimis inficetam lectionem reddere mihi videor rescribendo:

τόνδ' ἐν ποθοῦντι κριβάνῳ θήσω.

Furnus bene calefactus et paratus ad carnes recipiendas non male, opinor, *ποθεῖν* istas carnes dicitur, donec illi desiderio sit satisfactum. A tragica quidem gravitate talis scriptura abhorreret, sed in satyrico dramate mihi quidem valde videtur idonea. Vs. 3tio pro *βέλτιον* correctum est metri causa *βέλτερον*. Recte opinor.

Bene Nauckius non recepit inter Aeschyli fragmenta locum, quem affert Theophilus ad Autolycum II 54, p. 256 ed. Wolf. Cuius loci duo primi versus constituendi videntur in hunc modum:

Ὁρᾷ δίκη σ' ἄναυδος οὐχ ὁρωμένη
εὕδοντα καὶ στείχοντα καὶ καθήμενον.

Vulgo absque sensu eduntur sic:

ὁρᾷ δίκην ἄναυδον οὐχ ὁρωμένην
εὕδοντι καὶ στείχοντι καὶ καθημένῳ.

Ita certe leguntur apud Ahrensium inter Aeschylea Inc. Fab. 323. Theophili editionem non habeo, ita ut quid ab aliis coniectum sit ignorem.

Apud Nauckium N°. 292 inter Inc. Fab. fragm. scriptum video:

οὔτοι μ' ἄπειρον τῆσδε τῆς προσῳδίας.

quem versum Aeschyleum laudavit Grammaticus in Anecd. Oxon. vol. IV, pag. 315, 28 ad probandum *προσῳδίαν* interdum *κεῖσθαι ἐπὶ τῆς προσφωνήσεως, οὐ τῆς μετ' ὀργάνου φωνῆς*. Legitur in cod. *οὔτιμ' κτέ*, quod aut ita corrigendum est, ut fecit Nauckius, aut scribendum:

οὔτ' εἰμ' ἄπειρος τῆσδε κτέ.

Utrum verius sit, aliorum esto iudicium.

Plutarchus Mor. p. 827 c. et in vit. Demetr. c. 35 auctor est Demetrium Poliorcetem quum regno excidisset *πρὸς τὴν τύχην ἀναφθέγξασθαι τὸ Αἰσχύλειον*

Σύ τοί με φυσᾷς, σύ με καταίθειν δοκεῖς.

Diversa tentarunt viri docti, inter quos reliquis omnibus felicior mihi fuisse videtur Heathius scribens:

σύ τοί μ' ἔφυσας, σύ με καταφθιεῖν δοκεῖς.

Fallitur tamen *καταφθιεῖν* Graecum esse putans pro *καταφθίσειν*. Equidem coniicio:

σύ τοί μ' ἔφυσας, σὺ δέ με καὶ φθίνειν δοκεῖς,

vel *σύγ' ἥ με φύσασα σύ με καὶ φθίνειν δοκεῖς*, sed priorem quam proposui rationem praefero.

Plut. Mor. p. 434 A. *καὶ τῆς ἐν Εὐβοίᾳ χαλκίτιδος, ἐξ ἧς ἐδημιουργεῖτο τὰ ψυχρήλατα τῶν ξιφῶν, ὡς Αἰσχύλος εἴρηκε·*

λαβὼν γὰρ αὐτόθακτον Εὐβοικὸν ξίφος.

Xylander *αὐτόθηκτον*, Hermannus *αὐόθηκτον* ci. Quibus coniecturis quum nihil proficiamus, tentabam:

λαβὼν καρυστόβαπτον Εὐβοικὸν ξίφος.

Nobilis autem erat, quod nemo ignorat, *Carystus* civitas

sita in Euboeae ora meridionali in Oches montis radicibus. In eadem regione erat *Γεραιςός*, unde possis: *λαβὼν γεραιςόβαπτον*, vel lenius *γεραιςόθηκτον κτὲ.* Multum tamen vereor, ut analogia huiusmodi composita patiatur; quare nunc malo:

λαβὼν φρεατόβαπτον Εὐβοικὸν ξίφος.

Plutarchus Mor. p. 625 D: *οἱ γὰρ πρεσβύτεροι πόρρω τὰ γράμματα τῶν ὀμμάτων ἀπάγοντες ἀναγινώσκουσιν, ἐγγύθεν δ'οὐ δύνανται· καὶ τοῦτο παραδηλῶν ὁ Αἰσχύλος φησίν · οὐδὲ ἀπο αὐτὸν οὐ γὰρ ἐγγύθεν γέρων δὲ γραμματεὺς γενοῦ σαφής.·* Locum lacerum et pessime depravatum tentavi in hunc modum

σὺ δὲ
ἄπωθεν αὔγασον τόδ', οὐ γὰρ ἐγγύθεν
γέρων ἂν οὐδεὶς γραμματεὺς πέλοι σαφής.

Cf. Hermann. 320, Nauck. 348, Ahrens. 398.

Athen. XI p. 491 A. *καὶ Αἰσχύλος δὲ·*

αἱ δ' ἑπτ' Ἄτλαντος παῖδες ὠνομασμέναι
πατρὸς μέγιςον ἆθλον οὐρανοςεγῆ
κλαίεσκον, ἔνθεν νυκτέρων φαντασμάτων
ἔχουσι μορφὰς ἄπτεροι πελειάδες.

Vs. 3 absque sensu vulgo legitur *ἔνθα*, quod correxi.

Schol. Eur. Or. 25: *ἡ γὰρ Κλυταιμνήστρα χιτῶνα ὕφανεν οὔτε ταῖς χερσὶν οὔτε τῇ κεφαλῇ ἔκδυσιν ἔχοντα —·*

ἀμήχανον τεύχημα καὶ δυσέκλυτον.

Ipse Scholiastes non obscure testatur poetam scripsisse:

ἀμήχανον τέχνημα καὶ δυσέκδυτον.

Quarum correctionum priorem iam Nauckium proposuisse video (f. 365).

CAPUT II.

ADNOTATIONES AD ALIQUOT SOPHOCLIS FRAGMENTA.

Gravem labem passus est locus, quem ex *Ulixe furente* servavit Schol. Pind. Isthm. VI, 87 sic scribens: *σύντομοι δ' οὐ μόνον Λάκωνες, ἀλλὰ καὶ Ἀργεῖοι· Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ μαινομένῳ*

πάντ' οἶσθα, πάντ' ἔλεξα τἀντεταλμένα,
μῦθος γὰρ Ἀργολιστὶ συντέμνειν βραχύς.

Nemo monitus, credo, non videt adiectivum *βραχύς* esse turpe interpretamentum et quantocyus expellendum. Argivum nescio quem dixisse arbitror:

μῦθος γὰρ Ἀργολιςὶ συντέμνειν ἔφυ·

i. e. *nam oratio Argivis brevis esse assolet;* vel, quod usitatius est:

μύθους (s. *μῦθον*) *γὰρ Ἀργολιςὶ συντέμνειν ἔφυν.*

Interpolator versum de suo interposuisse videtur insigni fragmento *Scyriarum*, quod exstat apud Stobaeum CXXIV 17:

Ἀλλ' εἰ μὲν ἦν κλάουσιν ἰᾶσθαι κακά,
καὶ τὸν θανόντα δακρύοις ἀνιςάναι,
ὁ χρυσὸς ἧσσον κτῆμα τοῦ κλάειν ἂν ἦν·
νῦν δ' ὦ γεραιὲ ταῦτ' ἀνηνύτως ἔχει.
[*τὸ μὲν* (s. *τὸν μὲν*) *τάφῳ κρυφθέντα πρὸς τὸ φῶς ἄγειν*]

Versum inficetum, quem uncinis sepsi, frustra correxerunt viri docti scribendo *τὸν ἐν τάφῳ κτἑ*, non intelligentes totum versum nihil aliud esse nisi interpretamentum pronominis *ταῦτ'* in vs. praecedenti; quo tamen minime indigemus, siquidem *ταῦτα* refertur ad vs 1 et 2. Confictus est, nisi fallor, ex parte ad exemplum vs. 7. Sequuntur enim haec:

κἀμοὶ γὰρ ἂν πατήρ γε δακρύων χάριν
ἀνῆκτ' ἂν εἰς φῶς.

Sed aliquanto melius, credo, de mortuo dicitur *ἀνάγεσθαι εἰς φῶς* quam *ἄγειν πρὸς τὸ φῶς*. Praeterea se prodit interpretamentum ipso initio *τὸ μέν*. Tandem quis credat magnum in paucis poetam tam brevi intervallo eadem locutione usum fuisse in re, quam diversissimis modis enuntiare vel *ὁ τυχὼν* possit?

Ad *Argivorum concionem* a nonnullis non absurde refertur fragm. Sophocleum ap. Herodianum *περὶ σχημάτων* p. 57, 58:

Ἐγὼ δ' ἐρῶ σοι δεινὸν οὐδέν, οὐδ' ὅπως
φυγὰς πατρῴας ἐξελήλασαι χθονός,
οὐδ' ὡς ὁ Τυδεὺς ἀνδρὸς αἷμα συγγενὲς
κτείνας, ἐν Ἄργει ξεῖνος ὢν οἰκίζεται.

Quid sit *αἷμα κτεῖναι* frustra quaeres. Participium *κτείνας* glossema esse iam aliquot abhinc annis conieci in dissertatione Observ. Crit. in fragm. Com. Graec. p. 128. Thes. VII, neque hodie sententiam muto. Iam tunc probabiliter admodum, ut mihi videor, suspicabar poetae manum fuisse hanc:

οὐδ' ὡς ὁ Τυδεὺς ἀνδρὸς αἷμα συγγενὲς
πράξας, ἐν Ἄργει ξεῖνος ὢν οἰκίζεται.

Etenim, quamvis mirum videri possit, tragici dicunt: *αἷμα τινος πράττειν* sive *ἐργάζεσθαι* pro *φονεύειν τινά*. Ita v. c. Eurip. Orest. 280: *εἴργασαι δ' ἐμοὶ μητρῷον αἷμα* et vs. 1189: *κακῆς γυναικὸς αἷμ' ἐπράξαμεν*, et sic passim. Etiam, nisi fallor, *αἷμα δρᾶν* eodem sensu me legere memini, sed iam exempla, quibus hunc usum stabiliam, mihi in promptu non sunt Cf. Cramer. Anecd. III p. 194, 1.

Corruptum codicem Sophoclis consultasse Herodianum existimo, unde in libello *περὶ μον. λεξ.* p. 40, 11 haec scribere potuerit: *τὸ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Λακαίναις δανοτῆς εἰρημένον* »*ἐν ᾗ παύσετ' ἀμερίων μόχθων τε καὶ δανοτῆτος.*« Ver-

sum enim vitiosum esse metrum evincit. Quare Bergkius pro *δανοτῆτος* proposuit *ἀδρανότητος*. Perperam, ni fallor, quandoquidem hoc vocabulum tum loci sententiae adversatur (*ignaviam* enim s. *imbecillitatem* significans, cum *μόχθων* iungi omnino nequit), tum peccat contra analogiam. Nam ab adiect. *ἀδρανής* formantur *ἀδράνεια* et *ἀδρανία*: *ἀδρανότης* formari nequit nisi ab *ἄδρανος*, quod Graecum non est vocabulum. Praeterea *ἀδρανής* et vocabula inde derivata aliquot seculis Aeschylo seriora esse videntur. Ipse conieci:

ἤδη παύσεται ἀμερίων μόχθων καὶ δαϊοτῆτος.

Egregium e *Laocoonte* locum servavit nobis Dionysius Halicarnassensis Ant. I. 8, qui locus constituendus videtur in hunc modum:

Νῦν δ' ἐν πύλαισιν Αἰνέας ὁ τῆς θεοῦ
πάρεσ' ἐπ' ὤμων πατέρ' ἔχων κεραυνίου
νῶτου καταστάζοντα βύσσινον φάρος,
κυκλῷ δὲ πᾶσαν οἰκετῶν παμπησίαν·
συνοπάζεται δὲ πλῆθός οἱ, πόσον δοκεῖς;
οἳ τῆσδ' ἐρῶσι τῆς ἀποικίας, Φρυγῶν.

Vulgo vs. 3 ponitur distinctio maior post *φάρος* et vs. 4 sine sensu scribitur *κυκλεῖ*, pro quo Nauckius ci. *καλεῖ*. Ego, mutata interpunctione, *κυκλῷ* reponere malui, ex qua correctione *π. οἰκετῶν παμπησίαν* (ita cum Nauckio scripsi pro *παμπληθία*, quamvis Bergkii coniectura *παγκληρία* habet etiam, quo se commendet,) suspensum erit a participio *ἔχων* vs. 2. Vs. 5 sensu parum idoneo legitur *πλῆθος οὐχ ὅσον δοκεῖς*, quod mutavi, ut corrigendum esse suspicabar. Tandem vs. 6 virgula a reliquis separavi *Φρυγῶν*, qui Genitivus potius a *πλῆθος* quam ab *ἀποικίας* pendere videatur.

Stob. Flor. CVIII. 51 *Σοφοκλέους*·

Στέργειν δὲ τἀκπεσόντα κεὖ θέσθαι πρέπει
σοφὸν κυβευτήν, ἀλλὰ μὴ ςένειν τύχην.

Dedi *κεὖ* pro *καὶ* collato eiusdem Soph. fragm. e *Creusa* ap. Stob. IV. 38:

ταῦτ' ἐςὶν ἄλγις', ἤν, παρὸν θέσθαι καλῶς,
αὐτός τις αὑτῷ τὴν βλαβὴν προσθῇ φέρων.

Suidas in voc. *βαιαί—ἰδίως ἀντὶ τοῦ εἷς, Σοφοκλῆς «πότερον ἐχώρει βαιὸς ἢ πολλοὺς ἔχων ἄνδρας λοχίτας»* (O. R. 750) *καὶ ἐν Αἰχμαλωτίσιν·*

ἔσπεισα βαιᾶς κύλικος ὥστε δεύτερα.

Male habent viros doctos vocabula *ὥστε δεύτερα.* In *ὥστε δευτέραν* [*σπονδήν*] mutat Bergkius, qua coniectura nihil proficimus. Grammaticus locum affert, quo probet aliquando *βαιὸς* a Sophocle positum esse pro *εἷς.* Ad quam rem qui bene animum adverterit, corrigat mecum necesse est:

ἔσπεισα βαιᾶς κύλικος, εἶτα δευτέρας.

(scil. *κύλικος*) i. e. *libavi ex una patera, deinde ex altera.*

Schol. Arist. Ran. 665: *παρὰ τὰ Σοφοκλέους ἐκ Λαοκόοντος·*

Πόσειδον, ὃς Αἰγαίους ἔχεις
πρῶνας, ἢ γλαυκᾶς μέδεις
εὐανέμου λίμνας ἐφ' ὑψηλοῖς σπιλάδεσσι ςομάτων.

Vitium alere *στομάτων* ipsum metrum docet. Sententia requirit participium alicuius verbi, quo indicetur *mora.* Cogitavi de *πολεύων,* sed mihi non plane satisfacio.

Achill. Tat. Isag. ad Phoen. Arati c. l. *Σοφοκλῆς δὲ Παλαμήδει ἀνατίθησιν· λέγοντα γὰρ Ναύπλιον εἰσάγει·*

οὗτος δ᾽ ἐφεῦρε τεῖχος Ἀργείων στρατῷ
σταθμῶν τ᾽ ἀριθμῶν καὶ μέτρων ὁρίσματα.
πάντων δ᾽ ἔτευξε πρῶτος ἐξ ἑνὸς δέκα,
κἀκ τῶν δέκ᾽ αὖθις εὗρε πεντηκοντάδας
† ὃς χίλι᾽ εὐθὺς ὃς στρατοῦ φρυκτωρίαν
ἔδειξε κἀνέφηνεν οὐ δεδειγμένα.
ἐφεῦρε δ᾽ ἄστρων μέτρα καὶ περιστροφὰς
τάξεις τε πάσας οὐράνιά τε σήματα
† ὕπνου φύλαξεις στιθόα σημαντήρια
νεῶν τε ποιμαντῆρσιν ἐνθαλασσίοις
Ἄρκτου στροφάς τε καὶ Κυνὸς ψυχρὰν δύσιν.

Vs. 2 pro εὑρήματα meo Marte scribendum esse putavi ὁρίσματα s. *definitiones*. Vs. 4 vulgo legitur κἀκεῖν᾽ ἔτευξε κτέ, quibus de meo substitui: πάντων δ᾽ ἔτευξε πρῶτος κτέ. Tandem vs. 8 dedi ex coni. mea τάξεις τε πάσας pro τάξεις τε ταύτας. Vs. 5 et 9 tam misere corrupti sunt, ut sine melioribus libris corrigi iam nequeant. Aliorum coniecturas, quas ex parte adscivi, videas apud Nauckium fr. 396.

Stob. Flor. CVI, 11: Σοφοκλέους Ἀλήτης.

δεινόν γε τοὺς μὲν δυσσεβεῖς κακῶν τ᾽ ἄπο
βλαστόντας εἶτα τούσδε μὲν πράσσειν καλῶς,
τοὺς δ᾽ ὄντας ἐσθλοὺς ἔκ τε γενναίων ἅμα
γεγῶτας εἶτα δυστυχεῖς πεφυκέναι
οὐ χρῆν τάδ᾽ οὕτω δαίμονας θνητοὺς πέρι
πράσσειν· ἐχρῆν γὰρ τοὺς μὲν εὐσεβεῖς βροτῶν
ἔχειν τι κέρδος ἐμφανὲς θεῶν πάρα,
τοὺς δ᾽ ὄντας ἀδίκους τούσδε τὴν ἐπαξίαν
δίκην, κακῶν τιμωρὸν ἐμφανῆ, τίνειν.
κοὐδεὶς ἂν οὕτως εὐτύχει κακὸς γεγώς.

Vs. 6 valde mihi suspectum est verbum πράσσειν, pro quo τάσσειν (*constituere*) reponendum esse puto. Vs. 8 revocavi τούσδε pro τοὺς δὲ e codice Vindobonensi. Praegresso τοὺς μὲν (vs. 6) respondet τοὺς δ᾽ ὄντας κτέ, deinde τούσδε cum

emphasi subiungitur prorsus eadem ratione, qua vs. 1, 2 *τοὺς μὲν—βλαςόντας—τούςδε κτὲ.* Tandem de coniectura mea scripsi *τὴν ἐπαξίαν δίκην* pro *τὴν ἐναντίαν δίκην*, quippe quod h. l. sensu idoneo careat.

Stob. Flor. 105, 3. *Σοφοκλέους Τυνδάρεως·*

οὐ χρή ποτ' εὖ πράσσοντος ὀλβίσαι τύχας
*ἀνδρός, πρὶν αὐτῷ παντελῶς ἤδη ***
διεκπερανθῇ καὶ τελευτήσῃ βίον.
ἐν γὰρ βραχεῖ καθεῖλε κὠλίγῳ χρόνῳ
πάμπλουτον ὄλβον δαίμονος κακοῦ δόσις,
ὅταν μεταστῇ καὶ θεοῖς δοκῇ τάδε·

Vs. 2 delevi *βίος*, quod debetur librario lacunam utcumque explenti. Blomfieldius coniecit *χρόνος*, quod mihi non valde arridet propter finem vs. 4. Nec tamen quod melius reponam reperio. Cogitavi de *πόρος* eo sensu, quo Pindarus Ol. 1, 7, 15 *ἐλίσσων βίου πόρον* dixit; sed *πόρος*, non addito *βίου*, ut *vitae iter* significare possit vereor. In mentem quoque venit, an scribendum esset: *πρὶν αὐτῷ παντελῶς ἤδη μίτος δ. κ. τ. βίου.* Preterea vs. 4. *κὠλίγῳ* recte offensioni fuit Bergkio, *κοὐ μακρῷ* coniicienti. Aliud quid latere suspicor.

Ath. I p. 17 D. — *Αἰσχύλος γοῦν ἀπρεπῶς που παράγει μεθύοντας τοὺς Ἕλληνας — καὶ Σοφοκλῆς δ' ἐν Ἀχαιῶν συνδείπνῳ·*

ἀλλ' ἀμφὶ θυμῷ τὴν κάκοσμον οὐράνην
ἔρριψεν οὐδ' ἥμαρτε· περὶ δ' ἐμῷ κάρᾳ
κατάγνυται τὸ τεῦχος οὐ μύρου πνέον,
ἐλεηλατούμην δ' οὐ φίλης ὀσμῆς ὕπο.

In *ΕΔΕΙΜΑΤΟΥΜΗΝ* (*ἐδειματούμην*), quam lectionem vulgatam iure suspectam habuit Nauckius, latere putavi *ΕΛΕΗΛΑΤΟΥΜΗΝ* i. e. *praeda eram tetri odoris.* Putavi quoque de *φωστρηλατούμην*, sed ipsa veritate reperta hanc suspicio-

nem rursus dimisi. Convenit autem dramati satyrico haud indigna socco metaphora; quali non longe absimilem dixeris eam, qua usus est Aristophanes Pac. 745:

—*τυπτομένους ἐπίτηδες,*
ἵν' ὁ σύνδουλος σκώψας αὐτοῦ τὰς πληγὰς εἶτ' ἀνέροιτο,
ὦ κακόδαιμον τί τὸ δέρμ' ἔπαθες; μῶν ὑστριχὶς εἰσέβαλέν σοι
ἐς τὰς πλευρὰς πολλῇ στρατιᾷ κἀδενδροκόπησε τὸ νῶτον.

Step. Byz. in v. *Δωδώνη. Λέγεται καὶ Δωδών, ἧς τὴν γενικὴν Σοφοκλῆς—καὶ δοτικήν·*

Δωδῶνι ναίων Ζεὺς ὅμιος βροτῶν.

Ita codd. sine varietate. Tunnelius ci. *ὁμέστιος*, quod recepit Ahrensius. Displicet ea coniectura Nauckio, nec iniuria. Vide an scripserit poeta:

Δωδῶνι ναίων Ζεὺς ὁ μαντεῖος, βροτῶν —

Grammaticus nil curans praeter formam *Δωδῶνι* non integram sententiam attulisse videtur. Apollinem *μαντεῖον* vocarunt Eurip. Or. 1666 et Arist. Av. 722. *Ζεὺς ὁμόγνιος*, de quo cogitabam, huc non quadrat.

Strabo IX p. 399: *τὸ Ἀμφιάρειον... ὅπου φυγόντα τὸν Ἀμφιάρεων, ὥς φησι Σοφοκλῆς·*

ἐδέξατο ῥαγεῖσα Θηβαία κόνις
αὐτοῖσιν ὅπλοις καὶ τετραόρῳ δίφρῳ.

Ita scripsi pro vulgata lectione *τετρωρίστῳ*, quippe quae forma analogiae legibus adversetur. Verae lectionis vestigia servarunt ii libri, qui habent *τετραορίστῳ*. Tragici utuntur utraque forma, aut aperta *τετράορος* aut contracta *τέτρωρος*. *Τετρώριστος* dixit nemo unquam nec dicere potuit. Eurip. Suppl. 674: *ποιμένες δ' ὄχων | τετραόρων κατῆρχον ἐντεῦθεν μάχης.* Sophocles Trach. vs. 507: *ὁ μὲν ἦν ποταμοῦ σθένος, ὑψικέρω τετραόρου φάσμα ταύρου.*

Plut. Moral. p. 21 F: *πολλὰς γὰρ ἀνθρώπων μυριάδας ἐμπέπληκεν ἀθυμίας περὶ τῶν μυστηρίων (ὁ Σοφοκλῆς) ταῦτα γράψας·*

ὡς τρὶς ὄλβιοι
κεῖνοι βροτῶν, οἳ ταῦτα δερχθέντες τέλη
μόλωσ' ἐς Ἅιδου· τοῖσδε γὰρ μόνοις ἐκεῖ
ζῆν ἔστι, τοῖς δ' ἄλλοισι πάντα δὴ κακά.

Vs. 4 scripsi *πάντα δὴ* pro *πάντ' ἐκεῖ*; nam *ἐκεῖ* errore e vs. praecedenti repetitum esse videtur.

Schol. Plat. p. 965^b 14: *παροιμία αὐτὸ δείξει, ἐπὶ τῶν ἀπιστούντων τι μὴ γενέσθαι—μέμνηται δ' αὐτῆς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Λημνίαις οὕτως·*

ταχὺ δ' αὐτὸ δείξει τοὔργον, ὡς ἔχει, σαφῶς.

Dedi *ὡς ἔχει* (i. e. *quomodo se habeat res*) pro *ὡς ἐγώ*. Meinekio *ὡς δοκῶ* scribendum videtur.

Sunt nonnulla, quae in pulcerrimo loco Euripideo apud Stobaeum LXIII, 6 (nam planissime assentio Nauckio huic, non Sophocli, cui in lemmate tribuuntur, hos versus vindicanti), sunt quaedam, inquam, quae rectius, quam hucusque factum esse video, constitui posse videantur. Adscribam primum totum locum, quemadmodum edendum esse mihi persuadeo, deinde mearum mutationum rationes reddam:

Ὦ παῖδες, ἥ τοι Κύπρις οὐ Κύπρις μόνον,
ἀλλ' ἔστι πολλῶν ὀνομάτων ἐπώνυμος·
ἔστιν μὲν Ἅιδης, ἔστι δ' ἄφθιτος βίος,
ἔστιν δὲ λύσσα μανιάς, ἔστι δ' ἵμερος
ἄκρατος, ἔστ' οἰμωγμός· ἐν κείνῃ τὸ πᾶν
σπουδαῖον, ἡσυχαῖον, ἐς βίαν ἄγον.
ἀνθάπτεται γὰρ πλευμόνων ὅσοις ἔνι
ψυχή· τίς οὐχὶ τῆσδε τῆς θεοῦ βορά;

εἰσέρχεται μὲν ἰχθύων πλωτῶν γένη,
χέρσου δ' ἔνεστιν ἐν τετρασκελεῖ γονῇ,
νωμᾷ δ' ἐν οἰωνοῖσι *ποικίλοις* πτερόν·
τίν' οὐ παλαίουσ' ἐς τρὶς ἐκβάλλει θεῶν;
εἴ μοι θέμις, θέμις δὲ τἀληθῆ λέγειν,
Διὸς τυραννεῖ πλευμόνων· ἄνευ δορὸς,
ἄνευ σιδήρου πάντα τοι συντέμνεται
Κύπριδι τὰ θνητῶν καὶ θεῶν βουλεύματα.

Vs. 7. ἀνθάπτεται pro ἐντήκεται iam dudum Meinekium ante me correxisse nunc video. Ego ita coniiciebam, collato loco Aristophaneo e Ranis: πλευμόνων δ' ἀνθάπτεται Ταρτησσία μύραινα κτέ. Vs. 11 correxi vulgatam lectionem: νωμᾷ δ' ἐν οἰωνοῖσι *ταὐκείνης* πτερόν. Verbum enim νωμᾶν si h. l., ut alibi semper, servat naturam suam transitivam, pronomen ἐκείνης huius loci non esse inde, credo, sine ulla controversia sequitur. Si contra ταὐκείνης mecum in ποικίλοις mutaveris, habebit οἰωνοῖσι suum epitheton, quem admodum vs. 9 ἰχθύων et vs 10 χέρσου-γονῇ. Scrupulus tamen mihi restat, an Venus, cui deae nusquam alibi, quantum ego quidem novi, alae tribuantur, recte dicatur νωμᾶν πτερόν; ideoque suspicabar vs. 11 scribendum esse in hunc modum:

ναίει δ' ἐν οἰωνοῖσι *ποικιλοπτέροις*.

Sed nimium suspicacem haberi me nolo.

Nec tamen eo magis retinui, qui sequebatur post vs. 11 versus ineptissimus et plane otiosus, quem non iam dudum criticorum obelis confixum esse satis mirari nequeo; quoque admisso, universi loci, pulchri tamquam corporis, harmonia dissolvatur necesse est. Habet autem sic:

ἐν θηρσίν, ἐν βροτοῖσιν, ἐν θεοῖς ἄνω.

Tandem vs. 16 pro Κύπρις scripsi Κύπριδι, quia male Graecum esse puto Κύπρις συντέμνεται pro συντέμνει τὰ—βουλεύματα. Si quid praeterea novavi, id feci aliis auctoribus, quorum vide, sis, coniecturas apud Nauckium. (fr. 856 inc. fab.) Denique addubito, an recte scribatur vs. 12: nam exspecta-

veris: *παλαίουσ'—καταβάλλει*, non vero *ἐκβάλλει*, quod tamen solum metro convenit.

Eas coniecturas, quibus complurium vocabulorum lacunas explere conemur, plerumque nihil esse praeter lusum quemdam ingenii facile credimus iis qui affirment. Nobis tamen eiusmodi *παρακινδυνεύμασι* neque nimis indulgendum videtur, neque rursus plane abstinendum ab illis. Ad hoc genus pertinet tentamen, quo prodesse conatus sum loco Sophocleo ap Schol. Pind. Pyth. IV, 398. Scribit autem sic: *τοὺς πυρίπνους ταύρους Ἀντίμαχος ἐν Λύδῃ Ἡφαιστοτεύκτους λέγει. Καὶ Σοφοκλῆς δὲ χαλκοῦς βοὺς ἀδερμάτους φησίν·*

Χαλκοσκελεῖς γὰρ [*βοῦς ἀδερμάτους* * *]
[*πῦρ οἵπερ*] *ἐκπνέουσιν πνευμόνων ἄπο·*
φλέγει δὲ μυκτὴρ ὡς . . . .

Supplevi ex ingenio, quae septa uncinis vides. Alia comminiscitur Bergkius, cuius suspicionem refert Nauckius (fr. 311).

Macrobius Saturnal. V, 19 duo nobis servavit fragmenta e tragoedia Sophoclis, quae *Ῥιζοτόμοι* inscripta erat, quorum alterum editur in hunc modum:

Αἱ δὲ καλυπταὶ
κίσται ῥιζῶν κρύπτουσι τομάς,
ἃς ἥδε βοῶσ' ἀλαλαζομένη
γυμνὴ χαλκέοις ἤμα δρεπάνοις.

Frustra quaero, cur Medeam *nudam* hoc negotio functam esse poeta dixerit. Nisi forte putamus id magica arte praescriptum fuisse, librariis potius quam illi istud *γυμνὴ* tribuerim, utpote corruptum ex *πρυμνάς*, quod referatur ad *ῥιζῶν—ἃς κτέ.* Comparetur v. c. Iliad. *λ*, 149.

Et antiquos et recentiores interpretes latuisse videtur sensus,

qui ex mea sententia inesse debet fragmento Sophoclis ex *Danae* ap. Suid. in voc. *πεῖρα — πεῖρα δὲ καὶ ἡ βλάβη, ὡς ἐν Δανάῃ Σοφοκλῆς·*

οὐκ οἶδα τὴν σὴν πεῖραν· ἓν δ' ἐπίσταμαι·
τοῦ παιδὸς ὄντος τοῦδ' ἐγὼ διόλλυμαι.

Deinde Suidas affert initium *Aiacis:*

Ἀεὶ μέν, ὦ παῖ Λαρτίου, δέδορκά σε
πεῖράν τιν' ἐχθρῶν ἁρπάσαι θηρώμενον.

quo scil. probet *πεῖραν* apud Sophoclem interdum significare *βλάβην*. Verum, quemadmodum nemo hodie in Aiacis loco eam significandi potestatem vocabulo *πεῖρα* tribuerit, sic Danaes fragmento non magis idem demonstrari posse tuto statuemus. Quae autem sit ibi huius substantivi vis optime intelligemus reputantes *verba* esse *Acrisii ad filiam Danaën, postquam haec Perseum iam enixa est*, quod luce clarius apparet ex pron. *τοῦδ'*. Sumta sunt igitur e dialogo inter patrem et filiam. Ille Perseo minitari mortem multisque simul Danaën opprobiis increpare, quod vim sibi fieri passa sit. Haec narrare Jovis artificium, quo sui sibi copiam fecerit et obsecrare patrem, ut ne insontem filiolum interimat. Cuius precibus nequaquam delinitus Acrisius, et parum fidei habens asseverationi filiae *οὐκ οἶδα*, inquit, *τὴν σὴν πεῖραν κτἑ.* Horum verborum igitur quis sensus esse potest praeter hunc: *Ad stuprum quomodo inducta sis, nescio: sed hoc unum novi* cet? Ergo Substantivum *πεῖρα* h. l. significare debet *διαφθορά*, quemadmodum *Ἀττικοὶ* verbum *πειρᾶν* valet *διαφθείρειν*. Cf. Moer. in voc. ibique Piersonum.

Absurdum autem est quod vertunt: *calamitatem tuam ignoro cet.*

Corruptissimum fragmentum ex *Andromeda* Sophoclea apud Hesychium in voc. *Κουρίον*, etiamsi, quia praecedentia ignoramus, certa coniectura sanari nequeat, tamen non sine probabilitate multo propius ad codicum scripturam emendari potest, quam hucus-

que a viris doctis factum esse video, quorum diversa tentamina recensentur ab Albertio ad Hesychium Scribitur autem apud Hesychium sic:

Κουρίον· Σοφοκλῆς Ἀνδρομέδᾳ· ἡμιοντὸνκοριον (sic) *ἡρέθη πόλει νόμος γάρ ἐστι τοῖς βαρβάροις θυηπολεῖν βρότειον ἀρχῆθεν γέρος* (sic) *τῷ Κρόνῳ.*

In *ΑΝΔΡΟΜΕΔΑΙΗΜΙΟΥΤΟΚΟΡΙΟΝ* (sic enim codex sec. Nauckium. Vulgo *κούρειον.*) delitescit, ni fallor, haec scriptura *ΑΝΔΡΟΜΕΔΑΙΑΖΗΜΙΟΝΤΟΚΟΡΙΟΝ*, et Sophocli reddiderim:

ἀζήμιον τὸ κόριον ἡρέθη πόλει.
νόμος γάρ ἐστι τοῖσι βαρβάροις Κρόνῳ
θυηπολεῖν βρότειον ἀρχῆθεν γέρας.

i. e. *Culpa vacans puella a civibus delecta est. Est enim mos* cet.

Ex qua coniectura *ἀζήμιος* h. l. dictum est eadem significandi potestate, qua hoc adiectivum adhibuit Sophocles *Electr.* vs. 1102. Verba esse videntur nescio cuius ad Perseum sciscitantem, *quid Andromeda deliquisset*, *ut tam crudeli supplicio a civibus suis afficeretur.* In corrigendis vs. 2 et 3 secutus sum aliorum suspiciones admodum probabiles.

Miror homines doctos, quum ad illustrandum breve Sophoclis fragmentum ex *Oenomao* ap. Athen, IX p. 410 c.:

Σκυθιστὶ χειρόμακτρον ἐκκεκαρμένος.

apposite laudent glossam Hesychii: *Σκυθιστὶ χειρόμακτρον· οἱ Σκύθαι τῶν λαμβανομένων ἐν πολέμοις ἀνθρώπων τὰς κεφαλὰς ἐκδέροντες, τοῖς δέρμασιν ἀντὶ χειρομάκτρων ἐχρῶντο*, miror, inquam, eos non simul inde Sophocli reddidisse, quod scripserat:

Σκυθιστὶ χειρόμακτρον ἐκδεδαρμένος.

Notatur enim hoc versu, quod recte iam ab aliis animadversum est, Oenomai crudelitas in eos, quos Hippodamia cursu superasset.

Stob. Flor. XLVIII, 19 servavit fragmentum e *Tereo*, in quo Procne miseram mulierum miseratur conditionem. *Puellae*, inquit, *in domo paterna vitam agimus felicem*,

ὅταν δ' ἐς ἥβην ἐξικώμεθ' ἔμφρονες,
ὠθούμεθ' ἔξω καὶ διεμπολούμεθα
θεῶν πατρῴων τῶν τε φυσάντων ἄπο·
αἱ μὲν ξένους πρὸς ἄνδρας, αἱ δὲ βαρβάρους,
αἱ δ' εἰς ἄκληρα δώμαθ', αἱ δ' ἐπίρροθα·
καὶ ταῦτ', ἐπειδὰν εὐφρόνη ζεύξῃ μία,
χρεὼν ἐπαινεῖν καὶ δοκεῖν καλῶς ἔχειν.

Vs. 10 de coniectura mea scripsi *ἄκληρα δώματα* i. e. *domus egenas*, quale quid sententia requirere videtur. Codd. variant inter. *ἀληθῆ* et *ἀήθη* et *ἀλυθῆ*. Schneidewinus, teste Nauckio, tentaverat: *ἀλιτρὰ—ἤδ' ἐπίρροθα*, sed vix cuiquam, opinor, ea coniectura placebit. Ipse aliquando mutatione prope nulla scribendum suspicabar; *αἱ δ' εἰς ἀγηθῆ δώμαθ'* i. e. *tristes inamabilesque domus*, comparatis *εὐγαθής* et *πολυγηθής*. Et nova procudere vocabula licet periculosae sit plenum opus aleae, etiamnunc vix me prohibeo, quominus ita Sophoclem scripsisse perhibeam. Iudicium tamen hac de re me doctioribus permitto.

Stob. X, 25: *Σοφοκλέους Τηρεῖ·*

Φιλάργυρον μὲν πᾶν τὸ βάρβαρον γένος.

Compara Soph. Antig. vs. 1055, ubi Creon his verbis increpat Tiresiam:

τὸ μαντικὸν γὰρ πᾶν φιλάργυρον γένος.

Cui ille reponit:

τὸ δέ γε τυράννων αἰσχροκέρδειαν φιλεῖ.

Vulgatur perperam: *τὸ δ' ἐκ τυράννων*, i. e. *tyrannorum filii et posteri;* at non hoc voluit poeta, verum: *tyrannorum genus i. e. tyranni.* Particularum *δέ γε* in reponendis conviciis sollemnem usum esse ignorat nemo. Fuit quum minus recte coniicerem: *τὸ δ' αὖ κτέ.*

Plut. Mor. p. 21 B. ex eadem fabula:

Ἀλλὰ τῶν πολλῶν καλῶν
τίς χάρις, εἰ κακόβουλος
φροντὶς ἐκτρέφει τὸν εὐαίωνα πλοῦτον;

In margine Plutarchi mei, ut meus est mos, adnotaveram „sitne reponendum ἐκςρέψει an ἐκτρίψει, dubito.“ Nunc illud coniecisse Bergkium me docet Nauckius (531). Potuisset quoque scribere ἀντρέψει. Aeschyl. Pers. 163:

μὴ μέγας πλοῦτος κονίσας οὖδας ἀντρέψῃ ποδὶ
ὄλβον, ὃν Δαρεῖος ἦρεν οὐκ ἄνευ θεῶν τινος.

Nihilominus ἐκςρέψει recipiendum esse videtur.

Iam opem ferre conabimur loco fere conclamato e Sophoclis *Aegeo* apud Schol. Od. η 106, qui ita scribit: τὰ φύλλα τῆς αἰγείρου—εὐκίνητα ῥᾳδίως καὶ ὑπὸ τυχούσης αὔρας, ὡς Σοφοκλῆς ἐν Αἰγεῖ·

ὥσπερ γὰρ ἐν φύλλοισιν αἰγείρου μακρᾶς,
κἂν ἄλλο μηδέν, ἀλλὰ τοὐκείνης κάρα
κινήσῃς αὔραις ἀνακουφίζει πτερόν.

Ita codices; Nauckius tentat: κινηθὲν αὔραις ἀγανὰ (vel βαιὰ) κουφίζει πτερόν, cui coniecturae vellem interpretationem addidisset. Vitium autem metricum in medio versu tolletur facillime, si reputaveris *ΑΥΡΑΙCΑΝΑΚΟΥΦΙΖΕΙ* pari iure significare αὔρα κἀνακουφίζει ac αὔραις ἀνακουφίζει. In reliquis medicina est incertior. Loci tamen sensus eo ducere videtur, ut corrigamus:

ἀλλὰ τοὐκείνης κάρα
κλίνει τις αὔρα κἀνακουφίζει πεσόν.

Locutione ἀνακουφίζειν κάρα usus est poeta in *Oedipo* quoque *Rege*, vs. 23 nobili loco:

πόλις — ἄγαν
ἤδη σαλεύει κἀνακουφίσαι κάρα
βυθῶν ἔτ' οὐχ οἵα τε φοινίου σάλου.

Non expedio versum e *Phaedra* Sophoclea apud Hesych. in voc. *Κυλλαίνων κάτω*·

ἔσαιν' ἐπ' οὐρὰν ὦτα κυλλαίνων κάτω.

Ahrensius apud Didotium religiose vertit: *ad caudam aures demittentem.* Minime nego fieri potuisse, ut ipse Ahrensius tam mira specie animal oculis suis conspexerit; mihi, cui tale monstrum videre nondum contigerit, liceat corrigere:

ἔσαινεν οὐρᾷ τὦτε κυλλαίνων κάτω,

et sic iam aliquot abhinc aetatibus summum Hemsterhusium coniecisse video, nisi quod minus recte *τὦτα* scribi iusserit. Codex habet:

ἔσταιεπουρανὦτικυθλάννων καὶ τό.

Versus ex eodem dramate apud Stob. CV. 39 sic videntur legendi:

ὡς εὐτυχοῦντα, πάντας ἀριθμήσας, βροτῶν
οὐκ ἔστιν ὄντως ὅντιν' εὑρήσεις ἕνα.

(Vulgo *τὸ δ' εὐτυχοῦντα πάντ' ἀριθμῆσαι κτἑ.*) i. e. *quippe in universo mortalium numero neminem unum vere felicem invenies.* *Ἀριθμήσας* est Ionicus a minore, quemadmodum *ἀριθμός* tribrachys est v. c. ap. Eurip. Troad. 476: *οὐκ ἀριθμὸν ἄλλως κτἑ.* Ut vero locum correxi, sententiam relativam esse suspensam ab iis, quae apud Sophoclem praecederent, vix est quod moneam.

Satis mirari nequeo ab omnibus, quot sciam, editoribus et in his a Nauckio quoque lectionem aperte falsam alii, quae omnes numeros veritatis habet, praelatam esse in praeclaro *Aleadarum* fragm. apud. Stob. XCI, 27:

Τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν εὑρίσκει φίλους,
αὖθις δὲ τιμάς, εἶτα τῆς ὑπερτάτης
τυραννίδος θακοῦσιν αἰσχίστην ἕδραν κτἑ.

Laudantur per totum locum divitiarum privilegia, quare

duce sententia statim corrigebam ἡδίστην, ignorans eam ipsam lectionem exstare in cod B. Stobaei.

Non illepidam nobismet ipsis medicinam excogitasse videmur, qua vita et salus reddatur ῥήσει e Sophoclis *Tamyride* ap. Athen. IV, p. 175 F., de qua emendanda iam desperarunt viri docti. Ecce lectio codicis A:

οἴχωκε γὰρ κροτητὰ πηκτίδων μέλη
λύρα μοναύλοις τεχειμωντεως ναος στέρημα κωμασάσης,

et sic reliqui, nisi quod in ms Epit. est μόναυλοί τε. Praecedunt autem apud Athenaeum verba haec: τοῦ δὲ μοναύλου μνημονεύει Σοφοκλῆς μὲν ἐν Θαμύρᾳ (l. Θαμύριδι cum Schweigh.) οὕτως.

Ne longus sim, locum sic restitui posse arbitror, ut legamus:

Ὤιχωκε γὰρ κροτητὰ πηκτίδων μέλη,
Λύρα, μόναυλοί θ', οὓς τύχη, χειμὼν ὅπως
ναὸς τέρεμνα, κωμάσασ' (ἀνήρπασεν)!

Ipsa Thamyridis victi a Musis verba esse videntur lamentantis de aspera sua sorte. Cf. Hom. Il. B 599:

Αἱ δὲ χολωσάμεναι πηρὸν θέσαν, αὐτὰρ ἀοιδὴν
θεσπεσίην ἀφείλοντο καὶ ἐκλέλαθον κιθαριστύν.

Exclamavit igitur:

Perierunt enim modulata pectidum carmina,
lyra, monaulique, quos fortuna, ceu hiems
navigii tabulas, furibunda fregit!

Quod ad verbum κωμάζειν attinet, non male comparabitur Euripidis locus in *Phoen.* 355:

Ὄλοιτο τάδ'· εἴτε σίδαρος,
εἴτ' ἔρις, εἴτε πατὴρ ὁ σός,
εἴτε τὸ δαιμόνιον κατεκώμασε
δώμασιν Οἰδίποδα.

Similiter verbum ἐπικωμάζειν *de adversa fortuna petulanter irruenti* Graece adhiberi potest.

Pessime quoque habitus est locus, quem e *Salmoneo*, satyrico dramate, affert Galenus vol. IX p. 385 sic scribens: *πέμφιξ δοκεῖ ἐπὶ τῆς πνοῆς Σοφοκλῆς λέγειν—ἐν Σαλμωνεῖ σατύροις·*

καὶ τάχ' ἂν κεραύνια
πέμφιξι βροντῆς καὶ δυσοσμίας λάβοι.

Dobraeus coniecit *πέμφιξ σε·* Madvicus *δυσοσμία*, quo nihi[1] proficimus; Nauckius *δυσομβρίας* parum probabiliter; tandem Brunckius *βάλοι* pro *λάβοι*. Equidem *βροντῆς* interpretamentum esse suspicor duorum vocabulorum praecedentium, ae dedisse poetam:

καὶ τάχ' ἂν κεραυνίᾳ
πέμφιγι [μισθὸν] δυσσεβείας ἂν λάβοι.

ex qua coniectura haec verba sunt nescio cuius Salmonei impietatem coram aliis reprehendentis. Possis quoque:

καὶ τάχ' ἂν κεραυνία
πέμφιξ σε, μισθὸς δυσσεβείας, ἂν βάλοι.

quo facto oratio fit alicuius, qui regem ipsum hortetur, ut ab impietate desistat. Eustath. p. 1681 63: *περὶ δὲ Σαλμωνέως φασὶν οἱ νεώτεροι* (nempe *Ὁμήρου* i. e. tragici) *ὡς ἄρα ἀνὴρ ἀσεβὴς ἦν ἀντιβροντῶν καὶ ἀντασράπτων τῷ Διί, δι' ἃ καὶ ἐκεραυνώθη.*

Erotian. p. 200: *παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς κερχνώδη ἀγγεῖα λέγεται τὰ τραχείας ἀνωμαλίας ἔχοντα, ὡς καὶ Σοφοκλῆς περὶ τῆς ἀποταυρουμένης φησὶν Ἰοῦς·*

Τραχὺς χελώνης κέρχνος ἐξανίσαται.

Κέρχνος Graece dicitur *raucitas* vocis, quare vide an locus corruptissimus ita sanandus sit, ut legamus:

Τραχὺς δὲ φωνῆς κέρχνος ἐξανίεται.

i. e. *aspera vocis raucitas* (qualis boum esse solet) *emittitur*, nempe ab Ione.

Ovid. Metam. I, 636:

Et conata queri mugitus edidit ore,
Pertimuitque sonos, propriaque exterrita voce est.
(Fr. est 259 ap. Nauckium.)

Ex eodem *Inacho* chori particula legitur ap. Schol. Arist. Pac. vs. 531: *ὅτι ἡδέα τὰ μέλη Σοφοκλέους, περιέργως δέ τινες εἰς τὰ ἐν τῷ Ἰνάχῳ περὶ τοῦ ἀρχαίου βίου καὶ τῆς εὐδαιμονίας·*

Εὐδαίμονες οἱ τότε γέννας ἀφθίτου λαχόντες.

Omisi, quod additur post *λαχόντες*, vocabulum *θείου*. Nam aut dittographia ex *ἀφθίτου* natum, aut eius vocabuli interpretamentum esse mihi persuadeo. Aliter iudicarunt Bergkius et Nauckius, quorum ille scripsit *ἀφθίτου θείας*, hic *λαχόντες ἰσοθέου.*

Stob. XLV, 11. *Σοφοκλέους·*

πολλῶν καλῶν δεῖ τῷ καλῶς τιμωμένῳ,
μικροῦ δ' ἀγῶνος οὐ μέγ' ἔρχεται κλέος.

Nauckius vs. 1 corrigit sic:

πολλῶν πονῶν δεῖ τῷ καλόν τι μωμένῳ.

Egregiam emendationem fortasse perficias rescribendo multo lenius:

πολλῶν παλῶν δεῖ τῷ καλόν τι μωμένῳ;

i. e, multis luctationibus opus est ei, qui magni quiddam molitur. Optime sic vs. 2 respondet: *μικροῦ δ' ἀγῶνος.* Saepe ita sensu translato verbo *παλαίειν* Graeci utuntur.

Stob. CXVII, 4. *Σοφοκλέους·*

Οὐκ ἔςι γῆρας τῶν σοφῶν, ἐν οἷς ὁ νοῦς
θείᾳ ξύνεστιν ἡμέρᾳ τεθραμμένος.

Meinekius vs. 2 scribendum suspicatur:

θειῷ ξύνεςιν ἱμέρῳ τεθραμμένος.

Malim:

ἤθει ξύνεςιν ἡμέρῳ κεκραμένος.

Omisi cum Bergkio vs. 3, qui huc non pertineat.

Athen. XI p. 783 fin.: *λέγουσι δὲ καὶ πρόχουν ἄρυςιν. Σοφοκλῆς·*

κακὴ κακῶς σὺ πρὸς θεῶν ὀλουμένη,
ἡ τὰς ἀρύςεις ὧδ' ἔχουσ' ἐκώμασας.

Ex ingenio addidi *κακή*, quod abest a codicibus, quodque quo errore exciderit, palam est. Mirum correctionem adeo certam facilemque non iamdudum ab aliis esse factam.

Plut. Moral. p. 458: *καὶ τὸν Νεοπτόλεμον Σοφοκλῆς καὶ τὸν Εὐρύπυλον ὁπλίσας „Ἐκόμπασ' ἀλοιδόρητα„ φησίν*

ἐρρηξάτην ἐς κύκλα χαλκέων ὅπλων.

Codicum vestigia premens conieci:

μεσομφάλοις δόρη
ἐρρηξάτην κύκλοισι χαλκέων ὅπλων.

i. e. *fregerunt hastas contra clypeos.* Clypei vero a poeta ornate dicuntur *μεσόμφαλοι κύκλοι χαλκέων ὅπλων.* Similiter Agathias apud. Athen. X: 454 d. literam *Θ* vocat *μεσόμφαλον κύκλον*, quippe quae clypei formam accurate referat. Corruptela sic videtur explicanda, ut ponamus librarium nescio quem olim in libro situ ac madore corrupto, invenisse hanc scripturam: *..Ε..ΟΜ..ΑΛΟΙ..ΔΟΡΗ ΦΗΣΙΝ* et de sententia securum supplevisse *ἐκόμπασ' ἀλοιδόρητά φησίν*, quum debuisset *μεσομφάλοις δόρη φησίν*, et similiter vs. 2, quum superesset *ΚΥΚΛ*, supplevisse *ἐς κύκλα* pro *κύκλοισι.*

Clemens Alex. Strom II, p. 494 εὖ γοῦν ἡ τραγῳδία ἐπὶ τοῦ Ἅιδου γράφει·

πρὸς δ' οἷον ἥξεις δαίμον', ὦ γέρον, τάχα!
ὃς οὔτε τοὐπιεικὲς οὔτε τὴν χάριν
οἶδεν, μόνην δ' ἔςερξε τὴν καλῶς δίκην.

Vs. 1 correxi malesanam librorum scripturam δαίμον' ὡς ἐρῶτα. Nauckius coniecit ἐξερῶ τάχα, quod misere languet. Nemo potuit sic loqui nisi ad *senem*.

Athen. II, p. 39, F: Σοφοκλῆς δέ φησι »τὸ μεθύειν πημονῆς λυτήριον.« Versum restituere possis scribendo:

(ἔςιν) τὸ μεθύειν πημονῆς λυτήριον.

Post φησι facile ἐςι excidere potuisse quis neget?

Plut. Mor. p. 625 D.: Σοφοκλῆς περὶ τῶν γερόντων·

Βραδεῖα μὲν γὰρ ἐν λόγοισι προσβολὴ
μόλις δι' ὠτὸς ἔρχεται τρυπωμένου·
πόρρω δὲ λεύσσων, ἐγγύθεν δὲ πᾶς τυφλός.

Sophocles nihil aliud dicit quam hoc: *senes surdi sunt, neque acute cernunt nisi e longinquo.* Surdorum autem ad aures non *tarda*, opinor, sed *gravis* vox, quamvis haec quoque difficulter (μόλις), penetrare potest; quare videndum, an tragico dignius sit:

Βαρεῖα μὲν γὰρ ἐν λόγοισι προσβολὴ
μόλις δι' ὠτὸς ἔρχεται τρυπωμένου· κτέ.

Schol. Eur. Or. vs. 480: συνελθοῦσά σου τῷ γήρᾳ ὀργὴ ἀπαίδευτόν σε ποιεῖ. καὶ Σοφοκλῆς·

ὀργὴ γέροντος ὥστε μαλθακὴ κοπὶς
ἐν χειρὶ θήγει, ἐν τάχει δ' ἀμβλύνεται.

Scripserim:

ἐν χειρὶ θηκτή, σὺν τάχει δ' ἀμβλύνεται.

i. e. *manu acui potest, sed mox obtunditur.* Vs. 1 κοπίς, olim pro νοτίς coniectura repositum a Valckenaerio, habent codd. Ven. 471 et Vat. 909 teste Nauckio.

Glossa Sophoclea apud Grammaticum Coislinianum p. 237 ὀστιβογμεύς haud dubie corrupta est ex στίβον ὀγμεύει ap. Soph. Philoct. 163.

Eustath. p. 1908: σέλας οὐ μόνον πυρός ἀλλὰ καὶ ἡλίου, ὅθεν παρὰ Σοφοκλεῖ ἡ ὀπή, ὡς ἐν ῥητορικῷ εὕρηται λεξικῷ. Sophocles Oed. Col. vs. 94 dixerat:

σημεῖα δ' ἥξειν τῶνδέ μοι παρηγγύα
ἢ σεισμόν, ἢ βροντήν τιν', ἢ Διὸς σέλας.

Hinc Eustathio reddas ἡ ἀστραπὴ pro ἡ ὀπή. Sed ipse locus Sophocleus, quem adscripsi, an ex omni parte sanus sit, iure dubitari potest. Certe verbum παρεγγυᾶν, quod proprie pertinet ad rem militarem (= παραγγέλλειν; vide Moeridem in voce) alibi vel *imperare* vel *hortari* vel denique *commendare*, *committere* significare solet: hoc unico loco significandi vim habet a superioribus longe diversam scil. *promittendi.* Suspicio inde augetur, quod vs 94 nullo opus est verbo finito, siquidem Infinitivus ἥξειν optime suspensus esse potest a verbo ἔλεξε vs. 88, unde vs. 91 pendet Inf. κάμψειν. Quae quum ita sint, non male conieceris Sophoclem olim scripsisse:

σημεῖα δ' ἥξειν τῶνδέ μοι φερέγγυα.
ἢ σεισμόν, ἢ βροντήν τιν', ἢ Διὸς σέλας.

Tertium argumentum, quo et vulgata impugnetur lectio et haec mea coniectura commendetur, hoc est, quod verbum παρεγγυᾶν apud *solum* Euripidem *semel*, quantum scio (Suppl. 702, idque propria significandi potestate) adhibitum esse invenies, dum φερέγγυος (vocabulum proprie Ionicum) apud tragicos poetas sit usu tritissimum. Σημεῖα autem φερέγγυα idem valet, ac si in oratione pedestri dicas σημεῖα πιστὰ s. ἀσφαλῆ s. ἀξιόχρεα.

CAPUT III.

ADNOTATIONES AD EURIPIDIS FRAGMENTA.

Stob. Flor. LXV, 1: *Εὐριπίδου Αἰόλῳ·*

ἴδοιμι δ᾽ αὐτῶν ἔκγον᾽ ἄρσεν᾽ ἀρσένων·
πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος,
πλείστης γὰρ ἀρετῆς τοὔθ᾽ ὕπαρχον ἐν βίῳ·
τὴν ἀξίωσιν τῶν καλῶν τὸ σῶμ᾽ ἔχειν.

Vs. 3 ex ingenio correxi vulgatam scripturam: *πλείστη γὰρ ἀρετὴ τοὔθ᾽ κτέ.* Sensus enim hic est: *nam plurimae hoc virtutis principium est, si quem corporis forma ad praeclara facinora provocet.*

Stob. XLIII, 20. ex ead. fab.:

Vs. 5 *ἃ μὴ γάρ ἐστι τῷ πένηθ᾽, ὁ πλούσιος*
δίδωσ᾽· ἃ δ᾽ οἱ πλουτοῦντες οὐ κεκτήμεθα,
τοῖσιν πένησι χρώμενοι τιμώμεθα.

Pro *τιμώμεθα*, in quo iure haeserunt viri docti, cod. Paris. *A* habet *πειθώμεθα*, *B* *πειθόμεθα*. Dindorfius recepit Bergleri coniecturam *θηρώμεθα*, quae scriptura vulgata sanequam longe praestantior. Attamen codicum lectiones magis commendare mihi videntur hanc correctionem:

ἃ δ᾽ οἱ πλουτοῦντες οὐ κεκτήμεθα,
τοῖσιν πένησι χρώμενοι μισθούμεθα.

i. e. *quae vero divites non habemus, ea pauperum opera pro mercede nobis comparamus.*

Ib vs. 5 pro *γάρ ἐστι* correxi *γάρ ἐστι*. Ceterum vetus superstitio, Dativi iota elidi non posse, satis hoc et aliis locis refellitur.

Plut. praec. reip. ger. 28:

Ἄκραντα γάρ μ' ἔθηκε θεσπίζειν θεός,
καὶ πρὸς παθόντων κἀν κακοῖσι κειμένων
σοφὴ κέκλημαι, πρὶν παθεῖν δὲ μαίνομαι.

Verba sunt Casandrae ex Euripidea fabula *Alexandro;* quam vatem infelicissimam poeta, credo, induxerat loquentem aliquanto concinnius in hunc modum:

— *σοφὴ κέκλημαι, πρὶν παθεῖν δὲ μαινολίς.*

Vocabulo usus est Euripides Or. 823; Aeschylus Suppl. 101.

Ratio fugit Nauckium, quum Euripidis fragm. ex *Alexandro* ap. Clem. Alex. Strom. VI, 2 § 10 ita corrigendum censeret, ut legeretur:

χρόνος δὲ δείξει σ', ᾧ τεκμηρίῳ μαθὼν
ἢ χρηςὸν ὄντα γνώσομαί σ' ἤτοι κακόν.

pro codicum scriptura *σε ἢ κακόν.* Nempe res est certissima Graecos antiquiores non aliter dixisse quam *ἤτοι* (s. *ἢ*) — *ἤ*, contra numquam ratione inversa *ἤ—ἤτοι,* neque *ἤτοι—ἤτοι.* Carpitur *ἤ—ἤτοι* iure a Grammaticis et Atticistis, estque labentis Graecitatis indicium. Aliorum coniecturas in h. l. vide ap. Nauck. fr. 61 Quarum quamvis nulla mihi placet, ipse non magis habeo, quod certum sit. Poeta quidem digna foret huiusmodi oratio:

χρόνος δὲ δείξει σ', ᾧ τεκμηρίῳ μαθεῖν
ἢ χρηςὸν ὄντα σ' ἢ κακὸν δυνήσομαι.

sed multum abest, ut ita eum scripsisse perhibeam. Fortasse acquiescendum in Grotii correctione *σέγ' ἢ κακόν.*

Cramer. An. Gr. Ox. t. III, p. 194, 1: *Δηλοῖ καὶ τὸ αἷμα πολλάκις καὶ τὸν φόνον αὐτόν· τοιοῦτον δέ τι δοκεῖ τὸ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν τῷ διὰ Ψωφῖδος Ἀλμαίωνι·*

Αἷμα γάρ (φησι) σὸν μήτηρ ἀπενίψατο.

τουτέστι· καθάρσει τινὶ τὸν τῆς μητροκτονίας ἀπενίψατο μολυσμόν. Δηλοῖ μὲν οὖν τὸ αἷμα τὸν φόνον.

Ex ipsa, credo, Grammatici interpretatione liquido apparet corrupta esse vocabula σὸν et μήτηρ. Hartungius suspicatur:

— — αἷμα γὰρ τὸ μητέρος ἀπενίψατ'

Bothius

ὅδ' αἷμα γάρ σοι μήτριον ἀπενίψατο.

cum quibus coniecturis non optime quadrat Grammatici explicatio. Ego facio cum Wagnero, e Chori cantico versus ductos esse opinanti, et choriambos hosce latere suspicor:

αἷμα γὰρ μυσαρὸν μητρὸς ἐνίψατο,

cl. Orest. v. 1634: — αἷμα μητρὸς μυσαρὸν ἐξειργασμένος. In vulgatis verbum compositum ἀπενίψατο ex interpretatione, quae subiungitur, fluxisse crediderim; nam tragicis h. s. verbum simplex frequentissimum est (cf. Soph. O. R. 1228; Eur. I. T. 1338; Suppl. 765): compositum ἀπονίζειν vereor, ut apud illos reperiatur.

Stob XLIII, 22 Εὐριπίδου Ἀλκμήνης·

ἀτρέκεια δ' ἄριστον ἀνδρὸς ἐν πόλει δικαίου πέλει.

E verbis corruptissimis facili negotio elicias hunc octonarium trochaicum:

ἀτρέκει' ἄριστον ἀνδρὸς ὅπλον ἐνδίκου πέλει.

i. e. *veritas optimum est viri iusti scutum* vel, quod eodem redit, senarios hosce:

ἀτρέκεια δὲ
ἄριστον ἀνδρὸς ὅπλον ἐνδίκου πέλει.

Vulgata lectio originem debere videtur huiusmodi in antiquo codice scripturae: ἀνδρὸς ἐνδίκου πέλει (ὅπλον superscr.); unde primum natum est: ἀνδρὸς ἐν ὅπλον δίκου πέλει, deinde correctoris nescio cuius sagacitate: ἀνδρὸς ἐν πόλει δικαίου πέλει.

Stob. XCIX, 16 *Εὐριπίδου Ἀλκμήνῃ·*

ἀλλ' οὐ γὰρ ὀρθῶς ταῦτα γενναίως δ' ἴσως
ἔπραξας· αἰνεῖσθαι δὲ δυςυχῶν ἐγὼ
μισῶ· λόγος γὰρ τοὔργον οὐ νικᾷ ποτε.

Bothius recte intelligens vs. 2 requiri primam personam pro *ἔπραξας*, male coniecit *ἔπραξά σ'*, qua mutatione vel gravius altero vulnus sententiae intulit. Legendum propono:

ἔπραξ'· ἐπαινεῖσθαι δὲ κτὲ.

Arist. Thesm. 1065 sqq.:

ὦ νὺξ ἱερὰ
πῶς μακρὸν ἵππευμα διώκεις
ἀςεροειδέα νῶτα διφρεύουσ'
αἰθέρος ἱερᾶς
τοῦ σεμνοτάτου δι' Ὀλύμπου;

Adnot. Schol.: *τοῦ προλόγου Ἀνδρομέδας εἰσβολή.* Scripsi locum, ut edidit Meinekius in recentissima editione Aristophanis ap. Tauchnizium.

Male Nauckium (fr. 114) uncinis inclusisse *ἀςεροειδέα* vel potest apparere ex Ennii loco, quem ipse attulit, Andromed. fr. 1: (nox) *quae cava caeli* signitenentibus *conficis bigis.* Contra iure eidem suspectum est *ἱερᾶς*, pro quo propter praegressa verba: *ὦ νὺξ ἱερὰ* vereor, ut sufficiat cum Nauckio reponere *ἱρᾶς*. Fortasse scribendum: *αἰθέρος ἁγνᾶς*, cl. Aesch. Prom. 280.

Chori particula, quam ex *Andromeda* servavit Stob. Ecl. Phys. I, 6, 22, metro scripta est dochmiaco sic restituendo:

— — *τὸ δαιμόνιον οὐχ ὁρᾷς*
ὅπῃ μοῖραν (δὴ) διεξέρχεται,
στρέφει δ' ἄλλοτ' ἀλλόσ' εἰς ἁμέραν;

vs. 2 *ὅπῃ μοίρας δι.* et vs. 3 *ἄλλως ἄλλους* vulgo scribitur.

Stob. Flor. CXXIII, 4 *Εὐριπίδου Ἀνδρομέδας·*

τὸ ζῆν ἀφέντες τὸ κατὰ γῆν τιμῶσί σου.
κενόν γ᾽· ὅταν γὰρ ζῇ τις εὐτυχεῖ Κρέον.

Scripserim:

A. τὸ ζῆν ἀφέντα σε κατὰ γῆς τιμῶσ᾽ ἴσως.
B. κενόν γ᾽· ὅταν γὰρ ζῇ τις, εὐτυχεῖν χρεών.

Egregia vs. 2 emendatio debetur Musgravio.

Stob. LXIII, 4. *Εὐριπίδου Ἀνδρομέδας·*

Ἀνδρὸς δ᾽ ὁρῶντος εἰς Κύπριν νεανίου
ἄπρακτος ἡ τήρησις, ἢν γὰρ φαῦλος ᾖ
τἄλλ᾽, εἰς ἔρωτα πᾶς ἀνὴρ σοφώτατος.
κἢν μὴ προσῆται Κύπρις, ἥδιστον λαβεῖν.

Vs. 2 scripsi *ἄπρακτος* pro *ἀφύλακτος* ex Nauckii coniectura; vs. 3 *σοφώτατος* meo Marte pro *σοφώτερος*, et vs 4 pro *ΗΝΔΑΝ* dedi *ΚΗΝΜΗ*.

Stob. XXXVI, 10. *Εὐριπίδης Ἀντιόπῃ·*

κόσμος δὲ σίγη ϛεγανὸς ἀνδρὸς οὐ κακοῦ·
τὸ δ᾽ ἐκλαλοῦν τοῦθ᾽ ἡδονῆς μὲν ἅπτεται,
κακὸν δ᾽ ὁμίλημ᾽, ἀσθενὲς δὲ καὶ πόλει.

Vs. 1 vulgo legitur: *κόσμος δὲ σίγης στέφανος ἀνδρὸς οὐ κακοῦ*, quam scripturam ob duplicem causam ferri non posse crediderim, primum quia *ϛέφανος*, ubi sensu translato adhibetur, *victoriae praemium* [1]) non *ornamentum* significare solet, deinde quia, si hoc concedatur (quod tamen neutiquam facimus) *ϛέφανος* l. n. a poeta hoc non illo sensu esse adhibitum, inepte loquacem ipsum poetam fuisse dicamus necesse est, qui scribere potuerit: *ornamentum taciturnitatis ornamentum esse viri probi.* His de causis igitur *ΣΙΓΗΣΣΤΕΦΑΝΟΣ* e *ΣΙΓΗ-*

---

[1]) Sic. v. c. Eurip. ap. Stob. LI, 14 vs. 3 et passim.

ΣΤΕΓΑΝΟΣ corruptum esse sumus suspicati. Verto: *taciturnitas arcanorum servans decus est viri honesti.* Ita demum rectissime opponitur: *τὸ δ' ἐκλαλοῦν τοῦθ' κτἑ.*

Stob. LXX, 10 ex ead. fab.

πᾶσι δ' ἀγγέλλω βροτοῖς
ἐσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν εὐγενῆ σπείρειν τέκνα.

Corruptum esse *ἀνδρῶν* intellexerunt Meinekius et Nauckius, quorum ille *ἀρχῶν*, hic *ἀμφοῖν* coniecit, quarum coniecturarum neutra mihi placet. Nauckius conferri iubet fr. Eurip. 524, 3 et Theodectae fr. 3, non reputans, recepta ista lectione, simul *σπείρειν* in *φῦναι* esse mutandum. Mihi venit in mentem, an forte poeta dederit:

ἐσθλῶν ἀπ' ἀλόκων εὐγενῆ σπείρειν τέκνα.

collato vs. notissimo e Phoenissis:

μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα δαιμόνων βίᾳ.

Stob. CVIII, 3 *Εὐρ. Ἀντιόπῃ·*

Μὴ νῦν γε λύπει σαυτὸν ἐξειδὼς ὅτι
πολλοῖς τὸ λυποῦν ὕςερον χαρὰν ἄγει,
καὶ τὸ κακὸν ἀγαθοῦ γίγνεται παραίτιον.

Vs 1 pro *μὴ οὖν θέλε λυπεῖν* scripsi: *μὴ νῦν γε λύπει;* deinde *ἐξειδὼς* et *πολλοῖς* pro *εἰδὼς* et *πολλάκις* cum Hermanno. Ceterum rectius Menandro quam Euripidi hunc locum tribui merito suspicati sunt Dobraeus et Nauckius (fr. 174).

Stob. LXII, 12 *Εὐρ. Ἀντιόπῃ·*

. . *τὸ δοῦλον οὐχ ὁρᾷς ὅσον κακόν;*

Suppleverim: [*ἐπεὶ*] *τὸ δοῦλον—κακόν.*

Coniunctionis *ἐπεί*, quae facile cauda nominis proprii, quod praecedit, absorberi potuerit, usum in rogatione nemo ignorat.

Stob. XCIII, 13 *Εὐρ. Ἀντιγόνης·*

ἀνδρὸς φίλου δὲ χρυσὸς ἀμαθίας μέτα
ἄχρηστος, εἰ μὴ κἀρετὴν ἔχων τύχοι.

Adi. *φίλου* iure suspectum habet Nauckius. Mihi in *ΑΝΔΡΟΣΦΙΛΟΥ* latere videtur *ΑΝΔΡΟΣΑΦΝΕΟΥ*. Quae suspicio si vera est, poetae reddendum:

ἀνδρὸς ἀφνεοῦ δὲ χρυσὸς κτέ.

Deinde vs. 2 malim: *ἄχρηστον, εἰ μὴ κτέ.*

Stob. XLIX, 5. *Εὐρ. Ἀντιγόνης·*

Οὔτ' εἰκὸς ἀρχὴν οὔτ' ἐχρῆν ἄνευ νόμου
τύραννον εἶναι· μωρίαν δ' ὀφλισκάνειν,
ὃς τῶν ὁμοίων βούλεται κρατεῖν μόνος.

vs. 1 *ἀρχὴν* (i. e. *omnino*) pro *ἄρχειν* scripsi ex coniectura mea, *ἄνευ νόμου* pro *εἶναι νόμου* cum Badhamio, et vs. 2 *μωρίαν δ' ὀφλισκάνειν* ex ingenio pro *μωρία δὲ καὶ θέλειν*, quae librorum scriptura librario deberi videtur veterem lacūnam stolide explenti de suo.

Tiber. *περὶ σχημάτων* in Walz. Rhett. Gr. vol. VIII p. 477, 10.

Δαναός, ὁ πεντήκοντα θυγατέρων πατήρ,
Νείλου λιπὼν κάλλιστον εὐκταίης ὕδωρ
(ὃς ἐκ μελαμβρότοιο πληροῦται ῥοὰς
Αἰθιοπίδος γῆς, ἡνίκ' ἂν τακῇ χιών,
τέθριππ' ἔχοντος ἡλίου κατὰ χθόνα),
ἐλθὼν ἐς Ἄργος ᾤκισ' Ἰνάχου πόλιν
Πελασγιώτας δ' ὠνομασμένους τὸ πρὶν
Δαναοὺς καλεῖσθαι νόμον ἔθηκ' ἀν' Ἑλλάδα.

Diodorus Siculus I, 38 aliique scriptores, apud quos hi versus exstant, pro *εὐκταίης* habent *ἐκ γαίας*, quae lectio, quamvis vulgo recepta est, me iudice peius depravata est quam illa. Alius aliud coniecerunt vv.dd., quorum suspiciones recenset Wagne-

rus (fr. 227), quibus adde Nauckii (fr. 230) coniecturam, ἧς γαίας legendum esse putantis. Accedat tandem haec mea, in *EYICTAIHC* latere *EYCTAΛHC* et manum Euripideam esse hanc:

Νεῖλον λιπὼν κάλλιςον εὐςαλῆς ὕδωρ κτἑ.

Vs. 5 pro τεθριππεύοντος, quae est codicum scriptura, recte emendatum videtur τέθριππ' ἔχοντος, sed quod in fine vs. legitur κατὰ χθόνα non magis sanum esse arbitror quam, quod habet Tiberius, κατ' αἰθέρα. Nec tamen habeo, quod reponam.

Stob XXIX, 14 ex eadem fabula.

Οὐκ ἔςιν ὅςις ἡδέως ζητῶν βιοῦν
εὔκλειαν εἶτ' ἐκτήσατ' ἀλλὰ χρὴ πονεῖν.

Scripsi εἶτ' ἐκτήσατ' pro vulgata scriptura εἰςεκτήσατ', quae nihili est; in quam coniecturam Nauckium quoque incidisse video. Nihil autem frequentius est quam εἶτα sic post participium illatum, et in his ipsis fragmentis affatim est exemplorum. Sic. v. c. Stob. IX, in *Inus* fragm. vs. 3:

μηδ' ὡς κακὸς ναύκληρος εὖ πράξας ποτὲ
ζητῶν τὰ πλεῖον' εἶτα πάντ' ἀπώλεσεν.

cf. Stob. LXXIII, 31 et Suid v. *Αὐτός τι.*

Praeferenda igitur, quia lenior, haec medicina videtur illi, quam excogitavit Cobetus v. cl. Mnem. IX p. 119, ubi sic scribit: *Supererat EY**** EKTHΣAT, quod stulte explevit Graeculus. Admonuimus iam ante εὐδοξίαν ἐκτήσατ' esse supplendum.* Videndum tamen, ne sit periculosius eidem homini eam tribuere imperitiam, ut stolide fingat verbum, quale est εἰσκτήσασθαι, et simul satis acuminis, ut vocabulum, quod a sententia requiratur, ex ingenio possit supplere idque tale, quale est εὔκλεια, poeticum et prorsus Euripideum. Utitur v. c. noster eo substantivo in sententia plane eadem in *Andromeda* ap. Stob. Flor. XXIX, 30:

εὔκλειαν ἔλαβον οὐκ ἄνευ πολλῶν πόνων.

Sic quoque ap. Stob. ibid. 7:

πόνος γὰρ, ὡς λέγουσιν, εὐκλείας πατήρ

et Stob. LI, 7:

τίς δ' ἄμοχθος εὐκλεής;

Promiscue autem cum hoc substantivo adhibet vocabulum pedestri orationis proprium *εὐδοξία*, v. c. ap Stob. LI, 4 in *Archelao* vs. 2 sq.:

οὐδεὶς γὰρ ὢν ῥάθυμος εὐκλεὴς ἀνήρ
ἀλλ' οἱ πόνοι τίκτουσι τὴν εὐδοξίαν.

Fateor tamen me subdubitantem meam Nauckiique coniecturam sequi maluisse, et propter magnam auctoritatem, quam habet apud me egregia crisis Cobetiana, et ob meam, si cum illo me comparem, imperitiam. Nolui vero sententiam meam reticere memor praecepti, quod in scholis ipse vir summus discipulis nobis dare solebat, *nemini temere esse credendum.*

Pessime depravatum est *Archelai* particula apud Orion. Anthol. III, 1 p. 44 ed. Schneid.

εἰ τῶν δικαίων γὰρ νόμοι τ' αὐξήματα
μεγάλα φέρουσι, πάντα δ' ἀνθρώποις
τάδ' ἐστι χρήματ', ἥν τις εὐσεβῇ θεόν.

Nauckius e coniectura sua edidit:

σὺν τῷ δικαίῳ γὰρ νόμοι γ' αὐξήματα
*μεγάλα φέρουσι πάντ' ἐν ἀνθρώποις** κτέ.*

in qua scriptura praeter alia vitiosa est particula *γε* post *γὰρ* illata. Labens scilicet metrum fulcro aliquo indigebat. Quod in libris est *τ'* sanissimum est, modo scribatur *ταὐξήματα*, quod viderunt Schneidewinus Meinekius, alii, quorum coniecturas vide apud Wagnerum (fr. 256). Nemo tamen omnium, quod iure mireris, animadvertit *νόμοι* sententiae subiectum omnino esse non posse. Aut iam omnia me fallunt, aut pro *ΝΟΜΟΙ* lenissima mutatione reponendum est *ΔΟΜΟΙ* et scribendum:

Οἱ τῶν δικαίων γὰρ δόμοι ταὐξήματα
μεγάλα φέρουσιν (i. e. *μέγα αὔξονται*) *κτέ.*

Ad sententiam conferatur fragm. ex Erechteo apud Stob. III, 18 vs. 11 sqq.:

ἀδίκως δὲ μὴ κτῶ χρήματ', ἢν βούλῃ πολὺν
χρόνον μελάθροις ἐμμένειν· τὰ γὰρ κακῶς
οἴκους ἐσελθόντ' οὐκ ἔχει σωτηρίαν.

Reliqua, quamvis de sententia satis constet, adeo corrupta sunt, ut manum abstineri satius esse arbitrer.

Dubito an integram sententiam excerpserit Stobaeus XXXIV, 2, ubi affert *Archelai* fragmentum:

Ἁπλοῦς ὁ μῦθος, μὴ λέγ' εὖ· τὸ γὰρ λέγειν
εὖ δεινόν ἐςιν, εἰ φέροι τινὰ βλάβην.

Suspicor:

τῆς ἀληθείας ἔφυ
ἁπλοῦς ὁ μῦθος κτἑ.

Cf. Eurip. Phoen. 469 et Aeschyl. ap. Stob. XI, 8.

Corruptelam passus videtur locus ex eadem fabula apud Stobaeum CV, 31:

πάλαι σκοποῦμαι τὰς τύχας τὰς τῶν βροτῶν
ὡς εὖ μεταλλάσσουσιν· ὃς γὰρ ἂν σφαλῇ,
εἰς ὀρθὸν ἔςη, χὠ πρὶν εὐτυχῶν πιτνεῖ.

Unusquisque enim facile videt adverbium *εὖ* huius loci non esse, idque intellexisse videtur interpres Latinus apud Didotium; nam vertit: *dudum contemplor casus humanos, quantas mutationes subeant;* ad sensum loci rectissime, non ad scripturam vulgatam, quae ita videtur immutanda, ut legamus:

ὅσον μεταλλάσσουσιν· κτἑ.

Ad eandem fabulam sunt qui referant versum incerti auctoris ap. Herodian. *περὶ σολοικ.* in Boisson. An. Gr. vol. III p. 245, *καὶ πάλιν ἀντὶ αἰτιακῆς γενικήν·*

τιμᾶν Μακεδόνων εἵνεκ' εὐανδρησίας.

non aliam, credo, ob causam, quam quia fit Macedonum mentio. Utut est, neque Euripides neque alius poeta Atticus in diverbio scribere potuit *εἵνεκα*, et *εὐανδρησία* neminem unquam Graecorum dixisse arbitror. Suspicor olim lectum fuisse:

— *τιμᾶν, Μακεδόνων ἕνεκα τῆς εὐανδρίας.*

Fortasse *εὐανδρησίας* originem debet huiusmodi lectioni *ἕνεκα εὐανδρίας*, suprascripto articulo a librario, quem errore omiserat.

Non expedio versum, quem Stobaei codex Vindobonensis XLIII, 12 refert ad Euripidis *Augen:*

δεινὴ πόλις νοσοῦσ' ἀνευρίσκειν κακά,

nisi forte *ἀνευρίσκειν κακά* significat: *mala excogitare consilia.* Quoties tamen hic versus mihi venit in mentem, nescio quo casu accidit, ut semper cogitando reponam:

δεινὴ φύσις νοσοῦσιν εὑρίσκειν ἄκη.

Stob. XLIX, 3 ex eadem fabula:

κακῶς δ' ὄλοιντο πάντες, οἳ τυραννίδι
χαίρουσιν ἀνόμῳ τ' ἐν πόλει μοναρχίᾳ·
τοὐλεύθερον γὰρ ὄνομα παντὸς ἄξιον,
κἂν σμίκρ' ἔχῃ τις, μεγάλ' ἔχειν νομίζεται.

Vs. 3 vulgo scribitur *χαίρουσιν ὀλίγῃ κτέ*, quod frustra *ὀλιγαρχίαν* significare contendunt, cuius regiminis ne ipsius quidem mentionem hic ferri posse arbitror. Reposui id, quod sententia requirere videbatur.

Intelligitur enim monarchia, qualem describit Plato in Politico p. 302 *E.*: *μοναρχία τοίνυν ζευχθεῖσα μὲν ἐν γράμμασιν ἀγαθοῖς, οὓς νόμους λέγομεν, ἀρίστη πασῶν τῶν ἕξ (πολιτειῶν)· ἄνομος δὲ χαλεπὴ καὶ βαρυτάτη ξυνοικῆσαι.* Nec tamen absurde scripseris:

οἳ τυραννίδι
χαίρουσι χαλεπῇ τ' ἐν πόλει μοναρχίᾳ.

Bothius coniecit ὀλόῃ. Erat quoque, quum pro *ΟΛΙΓΗΙ* Euripidi *ΟΜΗΙ* i. e. ὠμῇ reddendum esse putarem, et nunc quoque, sitne hoc an ἀνόμῳ praeferendum, dubius haereo.

Stob. Flor. III, 1. *Εὐριπίδου Αὐγῆς* (cod. Vind.):

πτηνὰς διώκεις, ὦ τέκνον, τὰς ἐλπίδας
οὐχ ἡ τύχη γε· τῆς τύχης δ' οὐχ εἷς τρόπος.

Viri docti corrupta esse videntes vocabula οὐχ ἡ τύχη γε alius aliud coniecerunt. Bothius ci.: οὐχ ᾗ τυχήσῃ (sc. τις), quod vel vulgata lectione videtur esse corruptius. Nec placet mihi quidem Hermanni suspicio ἔχει τύχη σε; Ahrensius edidit οὐχ ἡ τύχη σε (scil. διώκει), quod speciem habere possit, verum tamen non est. Meinekius post ἐλπίδας nonnihil intercidisse statuit: probabiliter, Nauckio iudice. At lacunas suspicari est sacra quaedem anchora, qua non nisi desperata in re utendum esse iudico. Fingo mihi duos interlocutores, senem et iuvenem, quorum hic (vel haec), quamvis fortuna utens adversa, spe futurae prosperitatis animum suum pascere non desistat, ille contra talem spem inanem esse ratus adolescentem his verbis hortetur:

πτηνὰς διώκεις, ὦ τέκνον, τὰς ἐλπίδας.

cui respondeat iuvenis:

οὐκ εὐτύχησα· τῆς τύχης δ' οὐχ εἷς τρόπος.

Verum est me non fuisse felicem; sed Fortunae non una ratio est. Cf. Horatianum illud: *non si male cras, et olim sic erit.*

Facile corrigi potest levis error in longo fragmento, quod ex *Autolyco satyrico* affert Athenaeus X p. 413 c. vs. 4 sq.:

πῶς γὰρ, ὅςις ἐστ' ἀνὴρ
γνάθου τε δοῦλος νηδυός θ' ἡσσημένος,
κτήσαιτ' ἂν ὄλβον εἰς ὑπερβολὴν πατρός.

Requiritur enim haud dubie Participium temporis Praesentis

ἡσσώμενος, quemadmodum recte scriptum invenies v. c. in Agathonis loco ex incerto dramate apud Aristotelem Ethic. Eudem. III, 1 p. 1230, 1 Bekk.:

Φαῦλοι βροτῶν γὰρ τοῦ πονεῖν ἡσσώμενοι
θανεῖν ἐρῶσιν.

Stob. VIII, 1; *Εὐριπίδου Βελλεροφόντῃ·*

δόλοι δὲ καὶ σκοτεινὰ μηχανήματα
χρείας ἀνάνδρου φάρμακ' εὕρηται βροτοῖς.

Substantivum *χρείας* iniuria suspectum habet Nauckius (fr. 290), nam rectissime *doli et clandestina consilia* vocantur *medicamina necessitatis*, sed iure mireris, cur *χρεία* dicta sit *ἄνανδρος* a poeta. Ne multa: Euripides *ἄνανδρα* vocat eiusmodi medicamina i. e. *viro indigna*. Reposuerim igitur:

χρείας ἄνανδρα φάρμακ' εὕρηται βροτοῖς.

Possis quoque sensu nonnihil diverso:

——— *ἀνάνδροις* ——— *βροτοῖς.*

i. e. *ignavis—mortalibus.*

Criticorum diligentiam hucusque effugisse videtur absurdum vitium, quo maculatus est locus, ceteroquin satis expeditus, e *Bellerophonte* apud Stobaeum X, 7:

Ὡς ἔμφυτος μὲν πᾶσιν ἀνθρώποις κάκη·
ὅςις δὲ πλεῖστον μισθὸν εἰς χεῖρας λαβὼν
κακὸς γένηται, τῷδε συγγνώμη μὲν οὔ,
πλείω δε μισθὸν μείζονος τόλμης ἔχων
τὸν τῶν ψεγόντων ῥᾷον ἂν φέροι λόγον.

Ipsa enim ratio oppositorum vs. 4 sqq. luculenter demonstrat, pro *πλεῖστον* requiri ipsum contrarium. Hoc igitur nomine probabiliter correxeris:

ὅςις δὲ παῦρον μισθὸν εἰς χεῖρας λαβὼν κτέ.

Sed praeterea, quia causa redditur sententiae: *πᾶσιν ἀνθρώποις*

κακίαν ἔμφυτον εἶναι, pro *δὲ* malim *γάρ*, quapropter vide, an scribere praestet:

ὅςις γὰρ ὀλίγον μισθὸν εἰς χεῖρας λαβὼν
κακὸς γένηται κτέ.

Versu quinto legebatur *τὸν τῶν λέγοντων—ψόγον*, quam lectionem correxi praeeunte Jacobsio.

Nimis patienter tulerunt editores versum manifesto interpolatum in fragmento Euripideo, sive e *Bellerophonte* sumtum sit, sive e *Danae*, apud Stob. Flor. XCI, 4:

Ὦ χρυσέ, δεξίωμα κάλλιςον βροτοῖς.
ὡς οὔτε μήτηρ ἡδονὰς τοίας ἔχει,
οὐ παῖδες ἀνθρώποισιν, οὐ φίλος πατήρ·
[οἵας σὺ χοἱ σὲ δώμασιν κεκτημένοι]
εἰ δ' ἡ Κύπρις τοιοῦτον ὀφθαλμοῖς ὁρᾷ,
οὐ θαῦμ' ἔρωτας μυρίους αὐτὴν τρέφειν.

Versum inutilem et inficetum, quem uncinis sepsi, habent Athenaeus IV, p. 159 B, et Sextus Empir. p. 663, 23. Omittit Stobaeus et, quod maximum est, non agnovit Seneca Epist. 115, sic locum vertens:

pecunia ingens generis humani bonum,
cui non voluptas matris aut blandae potest
par esse prolis, non sacer meritis parens;
tam dulce si quid Veneris in vultu micat,
merito illa amores coelitum atque hominum movet.

Praeterea vs. 2 cum Sexto Empirico et Stobaei cod. Vindobonensi dedi *τοίας* pro *τοιάσδ'*, in quo illud post interpolatum versum abiisse probabile est. Versu 3tio, postquam iam vs. 1 dixerat *βροτοῖς*, minus eleganter poeta *ἀνθρώποισιν* intulisse videri potest, quare haud scio an melius recipiatur Athenaei lectio: *οὐ παῖδες ἐν δόμοισιν, οὐ φίλος πατήρ.*

Justin. Mart. de monarch. p. 130: *καὶ ἐν Βελλεροφόντῃ·*

Φησίν τις εἶναι δῆτ' ἐν οὐρανῷ θεούς;
οὐκ εἰσίν, οὐκ εἴσ', εἴ τις ἀνθρώπων θέλει
μὴ τῷ παλαιῷ μῶρος ὢν χρῆσθαι λόγῳ·
σκέψασθε δ' αὐτὰ μὴ ἐπὶ τοῖς ἐμοῖς λόγοις
γνώμην ἔχοντες. φήμ' ἐγὼ τυραννίδα κτέ.

Γνώμην ἔχειν ἐπί τινι idem valet, ac si in pedestri oratione dicas *τὴν γνώμην προσέχειν*, vel *τὸν νοῦν*, vel nude *προσέχειν τινὶ* s. *πρός τι;* neque igitur interpretari licet, ut fieri video, *non verbis meis fidem habentes;* et requiritur ipsum contrarium quam id, quod est in vulgatis, *μὴ—ἔχοντες*. Invitat enim Bellerophontes spectatores, ut, missa vetere existimatione, animum advertant ad ea, quae ipse dicturus sit. Quo facto, suam doctrinam sic exponere incipit: *φήμ' ἐγὼ κτέ.* Quae si recte disputavi, satis, credo, apparet non sufficere Bothii correctionem *σκέψασθε δ' αὐτοί* legentis, quam Nauckius recepit. Ego suspicor:

Σκέψασθε δ' αὔτ' ἄλλῃ, 'πὶ τοῖς ἐμοῖς λόγοις
γνώμην ἔχοντες· φήμ' ἐγὼ τυραννίδα
κτείνειν τε πλείστους κτημάτων τ' ἀποστερεῖν.

Quae sequuntur ibidem plana sunt et apte decurrunt usque ad vs. 13:

οἶμαι δ' ἂν ὑμᾶς, εἴ τις ἀργὸς ὢν θεοῖς
εὔχοιτο καὶ μὴ χειρὶ συλλέγοι βίον,
τὰ θεῖα πυργοῦσιν αἱ κακαί τε συμφοραί·

Alii alia coniiciunt, quorum suspiciones enumerat Wagnerus (fr. 293). Ipse, ne longus sum, suspicor:

μαθεῖν, ἀπείργειν εἰ σθένουσι συμφοράς

(scil. *οἱ θεοί*), collato fragm. ex *Hippolyto* (449 b. ap. Wagnerum):

καὶ τόνδ' ἀπείργειν οὐδ' ὁ παγκρατὴς σθένει
Ζεὺς κτέ.

Leniore tamen mutatione et sensu vix minus commodo coniiciebam:

οἶμαι δ' ἂν ὑμῶν εἴ τις — — —
— — — — — — — — — — —
παθεῖν ἀγυρτοῦ νιν τάχιςα συμφοράς.

ΠΑΘΕΪΑΓΥΡΤΟΥΝΙΝ et *ΤΑΘΕΙΑΠΥΡΓΟΥΣΙΝ* parum inter se differunt. Utra sit verior correctio, me peritiores diiudicanto.

Stob. Flor. CV, 19: *Εὐριπίδου Βελλεροφόντου·*

ποῦ δὴ τὸ σαφὲς θνατοῖ-
σιν βιοτᾶς, θοαῖσι μὲν
ναυσὶ πόρον πνοαὶ κατὰ
βένθος ἅλιον ἰθύνουσι· τύχας δὲ θνη-
τῶν τὸ μέγ' εἰς οὐδὲν πολὺς
χρόνος μεθίστησι τὸ μεῖον αὔξων.

Restitui ex parte numeros. Vs. 5 vulgo *τὸ μὲν μέγ'* et vs. 6 *τὸ δὲ μεῖον* legebatur, quas particulas, arguente metro, ut librariorum additamenta expunxi; praeterea omisi articulum, qui in libris est ante *πολύς*.

Stob. LXIV, 5, *Εὐρ. Δανάῃ·*

ἔρως γὰρ ἀργὸν κἀπὶ τοῖς ἀργοῖς ἔφυ·
φιλεῖ κάτοπτρα καὶ κόμης ξανθίσματα,
φεύγει δὲ μόχθους· ἓν δέ μοι τεκμήριον.
οὐδεὶς προςαιτῶν βίοτον ἠράσθη βροτῶν.
[ἐν τοῖς δ' ἔχουσιν ἡβητὴς πέφυχ' ὅδε.]

In ultimo vs. *ἡβητὴς* corruptum esse credunt viri docti, alius aliud coniicientes, sed inter permultas coniecturas (cf. Wagner. fr. 318 b. et Nauck. fr. 324), nulla est, quae probilitate se commendet. Ipse quoque tentabam: *ἡθὰς ἐμπέφυχ' ὅδε.* Sed potius videndum, ne ludificetur nos fraus impostoris nescio cuius, qui de metro securus istum versum reliquis addiderit.

Plut. Consol. ad Apollon. 8 p. 106 A. ὁ δὲ παραμυθούμενος τὴν Δανάην δυσπενθοῦσαν Δίκτυς φησί·

> δοκεῖς τὸν Ἅιδην σῶν τι φροντίζειν γόων,
> καὶ παῖδ' ἀνήσειν τὸν σόν, εἰ θέλοις ςένειν·
> παῦσαι· βλέπουσα δ' εἰς κτἑ.

Vocabula: εἰ θέλοις ςένειν offensioni fuere Bothio, qui inepte suspicatur: εἰ ἀτελῶς ςένεις. Si quid mutandum esset, scribi posset:

> εἰ θέλοις· ςόνων
> παῦσαι· κτἑ.

Sed locus vitii prorsus immunis est. Verbum enim θέλειν eadem ratione, ut ita dicam, periphrastica et alibi adhibitum invenies et, ne exemplum desit, in Alcest. vs. 1079: τί δ' ἂν προκόπτοις, εἰ θέλεις (l. θέλοις) ἀεὶ ςένειν;

Stob. VI, 2. τοῦ αὐτοῦ (Εὐρ.) Δίκτυος·

> πολλοῖς παρέςην κἀφθόνησα δὴ βροτῶν,
> ὅςις κακοῖσιν ἐσθλὸς ὢν ὅμοιος ᾖ,
> λόγων ματαίων εἰς ἅμιλλαν ἐξιών·
> τὸ δ' ἦν ἄρ' οὐκ ἀκουςὸν οὐδ' ἀνασχετόν,
> σιγᾶν κλύοντα δεινὰ πρὸς κακιόνων.

Manifesto mendosum est κἀφθόνησα; nemo enim eiusmodi hominibus, de quibus hic sermo est, invidet. Lenissime corrigas:

> πολλοῖς παρέστην κἀφρένωσα δὴ βροτῶν,
> ὅςις κακοῖσιν κτἑ.

Praestat tamen fortasse:

> πολλοὺς πάρεςι κἄφρονας καλεῖν βροτῶν κτἑ.

πάρεςι enim legitur in optimis codd. *ABM*, et ita melius sequitur ὅςις—ᾖ. Praeterea κἀφρένωσα, quippe quod requirat Accusativum, non nisi per ζεῦγμα cum praecedentibus potest coniungi.

Lycurg. c. Leocr. p. 100: ἄξιον δ' ὦ ἄνδρες δικασταὶ καὶ τῶν ἰαμβείων ἀκοῦσαι, ἃ πεποίηκε (Εὐρ.) λέγουσαν τὴν μητέρα τῆς παιδός· ὄψεσθε γὰρ ἐν αὐτοῖς μεγαλοψυχίαν καὶ γενναιότητα ἀξίαν καὶ τῆς πόλεως καὶ τοῦ γενέσθαι Κηφισοῦ θυγατέρα·

Τὰς χάριτας ὅςις εὐγενῶς χαρίζεται,
ἥδιον ἐν βροτοῖσιν· οἳ δε δρῶσι μὲν,
χρόνῳ δὲ δρῶσι, [δρῶσι] δυσγενέςερον.

Scripsi vs. 3 ex ingeniosa et facili emendatione Heinrichii, prae qua omnes reliquorum correctiones sordent. Poeta his verbis: οἳ δὲ—δυσγενέςερον explicat, quid sit εὐγενῶς χαρίζεσθαι χάριτας vs. 1; nempe: non χρόνῳ τοῦτο δρᾶν, sed εὐθέως.

Vs. 19: εἴπερ γὰρ ἀριθμὸν οἶδα καὶ τοὐλάσσονος
τὸ μεῖζον, οὑμὸς οἶκος οὐ πλεῖον σθένει
πταίσας ἁπάσης πόλεος, οὐδ' ἴσον φέρει.

Scire pervelim, quid sit εἰδέναι τοὐλάσσονος τὸ μεῖζον. Contra optime intelligetur: διειδέναι κτέ, quare vide, an poeta scripserit:

εἰ γὰρ ἀριθμοὺς δίοιδα καὶ τοὐλάσσονος
τὸ μεῖζον κτέ.

Διειδέναι significat tum *accurate nosse* (ἀκριβῶς εἰδέναι), tum *dignoscere unum ab altero*, neque igitur alio verbo aeque idoneo poeta uti potuerat.

Vs. 30, sq.: μισῶ γυναῖκας, αἵτινες πρὸ τοῦ καλοῦ
ζῆν παῖδας εἵλοντο καὶ παρήνεσαν κακά.

Nauckius auctore Matthiaeo reposuit εἵλοντ' ἤ: perperam, ni fallor; nam sententia, in qua καὶ commodissimum est, vix fert copulam disiunctivam, quae per illam coniecturam illata est. Vel minus placet mihi Hermanni correctio, εἵλονθ' αἳ scribendum esse coniicientis, quae recepta est a Wagnero (fr. 353). Equidem scripserim:

ζῆν τέκν' εἵλοντο καὶ παρήνεσαν κακά.

vel, quod fere malim, resecto vocabulo ζῆν, quod facile a lectore interpretandi gratia addi potuerit, sic:

αἵτινες πρὸ τοῦ καλοῦ
εἵλοντο παῖδας καὶ παρῄνεσαν κακά.

i. e. *quaecunque honestati liberos praeferunt.*

Sunt res quaedam ita verae, ut vel in vita quotidiana nemo sanus eas in medium proferat, neque adeo sine risu audientium proferre queat. Istiusmodi tamen sententia sub Euripidis nomine hodie legitur apud Stob. Flor. LIX, 13:

Ναῦς ἡ μεγίστη κρεῖσσον ἢ μικρὸν σκάφος,

qua sententia quid ieiunius excogitari possit frustra quaesiveris.

Nec tamen ita scripsisse Euripidem vel inde apparet, quod Graecum in tali periodo foret ναῦς μεγίστη, omisso articulo. At fortasse dederat:

[πολλάκις]
ναὸς μεγίστης κρεῖσσον ἦν μικρὸν σκάφος.

Stob. LXII. 23 Εὐρ. Εὐρυσθέως·

πιστὸν μὲν οὖν εἶναι χρὴ τὸν διάκονον
τοιοῦτον εἶναι, καὶ στέγειν τὰ δεσποτῶν.

Scribendum: πιστὸν μ. ο. ἀνάγκη κτἑ.

Aliorum coniecturas vide apud Wagnerum (fr. 376).

Stob. XCII, 7:

Νῦν δ', ἣν τις οἴκων πλουσίαν ἔχῃ φάτνην,
πρῶτος γέγραπται τῶν κακιόνων κρατεῖ·
τὰ δ' ἔργ' ἐλάσσω χρημάτων νομίζομεν.

Nauckius coniecit: τῶν τε μειόνων κρατεῖ. At τῶν μειόνων (vel potius τῶν ἡσσόνων), opinor, κρατεῖ unusquisque, et ipsum contrarium requiri docet vs. 3. Totum locum scripserim in hunc modum:

4

Νῦν δ' ἥν τις οἴκοι πλουσίαν ἔχῃ φάτνην,
πρῶτος γέγραπται, τῶν τ' ἀμεινόνων κρατεῖ·
τὰ δ' ἔργ' ἐλάσσω χρημάτων νομίζομεν.

Vs. 1 scripsi *οἴκοι*, praeeunte Grotio, = *ἐν δόμοις* s. *δώμασιν*.

Athen. X, p. 454 B. affert fragmentum e *Theseo*, cuius ultimam partem non satis expedio:

vs. 11. *γραμμαὶ γάρ εἰσιν ἐκ διεστώτων δύο,*
αὗται δὲ συντρέχουσιν εἰς μίαν βάσιν.

Describitur forma literae Y, cuius lineae (quae, uti vides, ipsae *διεστήκασι*) quo sensu dicantur *ἐκ διεστώτων*, non plane perspicio. An forte *ἐκ*, dittographia natum ex sequente *δι*, locum occupavit articuli, ut olim scriptum fuisse credamus:

γραμμαὶ γάρ εἰσι τῶν διεστωσῶν δύο?

i. e. *duae enim lineae sunt eius generis, quod lineae divergentes dicitur.*

Melius corrigi posse opinor librorum scripturam, quam hucusque factum esse video, in fragm. e *Theseo* apud Schol. Ar. Ran. 476:

κάρα τε γάρ σου συγχεῶ κομαῖς ὁμοῦ,
ῥανῶ πέδοι δ' ἐγκέφαλον· ὀμμάτων δ' ἄπο
αἱμοσταγεῖν πρηστῆρες ῥεύσονται κάτω.

Vitium metricum vs. 3 variis modis corrigere conati sunt viri docti, Barnesius reponendo *αἱμοσταγῆ πρηστῆρε*, Bentleius scribendo *ὕσονται*. At *ὕεσθαι* dicuntur personae et res, quae aqua pluvia humectantur, non ipse liquor. Ex illa vero coniectura corruptum manet *ῥεύσονται*, quam formam iam Euripidis aetate in usu fuisse pro *ῥυήσονται* non facile credam. Equidem scripserim:

αἱμοσταγεῖς πρηστῆρες οἴσονται κάτω.

Notus est usus verbi *φέρεσθαι*, ubi celer impetus significandus est. [1]

Stob. LXXXVIII: 10. *Εὐριπίδου Ἰνοῖ.*

τὴν εὐγένειαν, κἂν ἄμορφος ᾖ γάμος,
τιμῶσι πολλοὶ πρὸς τέκνων χάριν λαβεῖν,
τό τ' ἀξίωμα μᾶλλον ἢ τὰ χρήματα.

Locus conclamatus; nam neque vs. 1 *γάμος* cum *ἄμορφος* recte coniungitur, neque *τιμῶσι λαβεῖν* Graeca est compositio. Locus pertinere videtur ad id genus locorum, in Stobaeo admodum frequens, de quo egit Cobetus v. cl. Mnem. IV, p. 267 sq. Ni multum fallor, in vs. 1 et 2 genuina haec sunt:

τὴν εὐγένειαν κἂν ἄμορφος ᾖ * *
* *ῶσι πολλοὶ πρὸς τέκνων χάριν λαβεῖν.*

Reliqua stulta correctoris supplementa esse iudico. Ipse, duce sententia, supplendum esse suspicor:

τὴν εὐγένειαν, κἂν ἄμορφος ᾖ (γυνή),
(θηρ)ῶσι πολλοὶ πρὸς τέκνων χάριν λαβεῖν,
τό τ' ἀξίωμα μᾶλλον ἢ τὰ χρήματα.

Vs. 1 *γυνή* requiri vidit iam Nauckius fr. 409. Hoc fragmentum arcte cohaerere cum praecedenti (408) sententia docet.

Stob. CX, 5. *Εὐριπίδου Ἰνοῖ·*

τοιάνδε χρὴ γυναικὶ πρόσπολον ἐᾶν,
ἥτις τὸ μὲν δίκαιον οὐ σιγήσεται,
τὰ δ' αἰσχρὰ μισεῖ καὶ κατ' ὀφθαλμοὺς ἔχει.

Vs. 3 pro *ἔχει* Dobraeus et Bergkius *ἐρεῖ*; recte, ut videtur. Sed simul scribendum *μισεῖν*, hoc sensu: *quaeque turpia se odisse etiam coram hera profitebiur.*

Vs. 1 cum Dobraeo scripserim *νέμειν* pro *ἐᾶν*. Valckenaerius coniecit *περᾶν*, quod minus recte cum Dativo iungi videtur. Possis tamen:

[1]) Cf. Observ. Critic. in. fr. com. graec. p. 15, ubi eundem errorem correxi in loco Pherecratis.

τοιάνδε χρὴ 'ς γυναῖκα πρόσπολον περᾶν,

ut in Hippolyti vs. 645:

χρῆν δ' ἐς γυναῖκα πρόσπολον μὲν οὐ περᾶν.

Stob. XLI, 1. *Εὐρ. Ἰνοῖ.*

Ἴςω δὲ μηδεὶς ταῦθ', ἃ σιγᾶσθαι χρεών.
μικροῦ γὰρ ἐκ λαμπτῆρος Ἰδαῖον λέπας
πρήσειεν ἄν τις, κἂν πρὸς ἕνα εἴποις ποτέ.
πύθοιντ' ἂν ἀστοὶ πάντες ἃ κρύπτειν χρεών

Vs. 3 corrigo: *χἂν* (i. e. *καὶ ἃ ἂν*) *πρὸς ἄνδρ' εἴπῃς ἕνα.* Plutarch. Mor. p. 507, B habet: *καὶ πρὸς ἄνδρ' εἰπὼν ἕνα*, quam lectionem male vulgo receperunt. Vs. 4 Dobraeus scripsit: *οὓς κρύπτειν χρεών*, fortasse corrigens Graeculi additamentum.

Probabili coniectura restituisse mihi videor partem pulchri carminis dactylici, quod e *Cretensibus* servavit Porphyrius *de abstin.* IV, p. 172 sq. Legitur enim sic vs. 5 sqq:

ἥκω ζαθέους ναοὺς προλιπών,
οὓς αὐθιγενὴς τμηθεῖσα δοκὸς
ςεγανοὺς παρέχει χαλύβῳ πελέκει
καὶ ταυροδέτῳ κόλλῃ κραθεῖσ'
ἀτρεκεῖς ἁρμοὺς κυπαρίσσου.

Quid sit *ταυρόδετος*, nemo interpretum explicavit; nec mirum, nam vocabulum est procul dubio corruptum. Erotianus, qui affert vs. 4—8 in Gloss. Hippocr. v. *Ἀτρεκεῖς*, aeque vitiosam exhibet lectionem *τορολέτῳ*. Eiusdem quoque farinae est Nauckii coniectura *ταυρολέτῳ*, neque multo melior Hartungii suspicio *τορνοδέτους*. Requirit *κόλλῃ* suum epitheton, quod vix aliud fuerit quam *ςερροδέτῳ*. Egregie enim *gluten*, quippe quo corpora dura (*τὰ στερρὰ* = *στερεά*) coniungantur, *ςερρόδετος* a poeta dici potuisse arbitror.

Stob. Ecl. Phys. I, 4, 14 p. 108. *Εὐρ. Μελανίππῃ.*

δοκεῖτε πηδᾶν τἀδικήματ' εἰς θεοὺς
πτεροῖσι, κἄπειτ' ἐν Διὸς δέλτου πτυχαῖς
γράφειν τιν' αὐτά, Ζῆνα δ' εἰσορῶντά νιν
θνητοῖς δικάζειν; οὐδ' ὁ πᾶς ἂν οὐρανὸς
ἐξαρκέσειεν, οὐδ' ἐκεῖνος ἂν σκοπῶν
πέμπων θ' ἑκάστῳ ζημίαν· ἀλλ' ἡ Δίκη
ἐνταῦθά ποὔστιν ἐγγύς, εἰ βούλεσθ' ὁρᾶν.

Locus ita emendatus, ut exhibui, apte decurrit et facillimus est ad intelligendum. Vulgo post vs. 4 additur versus manifesto spurius, quem omisi:

Διὸς γράφοντος τὰς βροτῶν ἁμαρτίας.

Spurium autem esse vel inde apparet, quod aperte pugnat cum vs. 2, 3: *κἄπειτ' ἐν Διὸς δέλτου πτυχαῖς γράφειν τιν' αὐτά*, quo docemur, non ipsum Iovem, sed alium quemdam scribae munere fungi. Praeterea, expulso isto versu, optime habet *ἐκεῖνος*, quod pronomen, ubi proxime Jovis nomen praecessisset, perquam foret incommodum.

Praeterea vs. 6 pro *πέμπειν*, qui Inf. non habet unde pendeat, de coniectura mea reposui *πέμπων θ'*.

Stob. LXXVI, 10, c. *Εὐρ. Μελανίππῃ.*

Ἴστω δ' ἄφρων ὤν, ὅστις ἄτεκνος ὢν τὸ πρὶν
παῖδας θυραίους εἰς δόμους ἐκτήσατο,
τὴν μοῖραν εἰς τὸ μὴ χρεὼν παραστρέφων·
ᾧ γὰρ θεοὶ διδῶσι μὴ φῦναι τέκνα,
οὐ χρὴ μάχεσθαι πρὸς τὸ θεῖον, ἀλλ' ἐᾶν.

Vs. 5 vulgatur *'γκαλεῖσθαι*, quod, iubente sententia loci, correxi. Perperam, nisi fallor, Nauckius ex sua coniectura edidit *γοᾶσθαι*. Qui enim *τὴν μοῖραν εἰς τὸ μὴ χρεὼν παραστρέφειν* conatur, is non hercle *γοᾶται*, sed *μάχεται τῷ θείῳ* s. *πρὸς τὸ θεῖον*.

Cf. Telephi fragm. ap. Stob. XXII, 32 vs. 1:

Σὺ δ' εἴκ' ἀνάγκῃ καὶ θεοῖσι μὴ μάχου.

Invenustum admodum et Euripide prorsus indignum additamentum apparet in fragmento, quod *Melanippae* exstat apud scriptorem vit. Eurip. (Hermann. opusc. V p. 202 sq.):

μάτην ἄρ' εἰς γυναῖκας ἐξ ἀνδρῶν ψόγος
ψάλλει κενὸν τόξευμα καὶ κακῶς λέγει·
αἱ δ' εἴσ' ἀμείνους ἀρσένων, ἐγὼ λέγω.

Ecquis est, qui intelligens quam egregie verba *μάτην—τόξευμα* dicta sint pro vulgari sententia: *μάτην ἄρ' ἄνδρες κακῶς λέγουσι τὰς γυναῖκας*, nihilominus genuina esse ducat, quae vocabula languidissima et omni orationis lumine destituta appendent inutile pondus: *καὶ κακῶς λέγει*? Si usquam, hic tenemus falsarium lacunam in codice pro suo captu utcunque explentem; eumque iuxta ignarissimos imperitum linguae Graecae antiquioris. Quis enim aequo animo ferat: *καὶ μάτην ψόγος— κακῶς λέγει* (*τὰς γυναῖκας*)? Quid dederit istorum loco ipse poeta, ignoro; sed istiusmodi additamentis melius, credo, carebimus.

Non expedio *Meleagri* fragmentum ap. Stobaeum Flor. LXXIV, 12:

ἔνδον μένουσαν τὴν γυναῖκ' εἶναι χρεὼν
ἐσθλήν, θύρασι δ' ἀξίαν τοῦ μηδενός.

Vertit eleganter, ut solet, Grotius:

Lare contineri feminae officium probae est,
foris vagantes nullius pretii puta,

verum frustra te torquebis, ut hunc sensum e vulgatis expisceris. Procul enim dubio vitiosum est *χρεών*, quod a Graeculo profectum esse mihi persuadeo. Sententiae satisfaceret:

ἔνδον μένουσαν τὴν γυναῖκ' εἶναι δοκεῖ κτἑ.

Praeterea fere malim: *σὴν γυναῖκ' εἶναι δόκει κτέ.*
Conferatur Troad. vs. 642 sqq., ubi Andromache ait:

πρῶτον μέν, ἔνθα κἂν προσῇ κἂν μὴ προσῇ
ψόγος γυναιξίν, αὐτὸ τοῦθ' ἐφέλκεται
κακῶς ἀκούειν, ἥτις οὐκ ἔνδον μένει,
τούτου πόθον παρεῖσ' ἔμιμνον ἐν δόμοις.

Ne quis autem opinetur me ita suspicari absque idonea causa et nodum, quod aiunt, quaesivisse in sirpo: enucleatius quam soleo loci corruptelam probare conabor. Si admittis Grotii interpretationem, *τὸ ἑξῆς* vs. 1 hoc est: *χρεὼν τὴν ἐσθλὴν γυναῖκα εἶναι ἔνδον μένουσαν.* At cum verborum ordo tum imprimis Accusativus *ἀξίαν* in vs. seq. hanc interpretandi rationem omnino improbandam esse docet. Ita enim vs. 2 erit *τὸ ἑξῆς* hocce: (*τὴν*) *δ' ἀξίαν τοῦ μηδενὸς—θύρασι*, quod plane absurdum esse nemo non videt. Admissa igitur Grotii versione vs. 1 necesse est, aut pro *ἀξίαν* reponamus *ἀξία* (scil. *ἐςὶ*), aut versum sequentem ab imperativo aliquo *νόμιζε* vel *δόκει* orsum esse suspicemur; qua re probe intellecta, Grotius ex ingenio intulit vs. 2 suum *puta*.

Contra et verborum ordo et grammatica, ni fallor, nos cogunt, ut logicam orationis constructionem hancce esse putemus: *χρεὼν τὴν γυναῖκ' ἔνδον μένουσαν εἶναι ἐσθλήν, θύρασι δὲ ἀξίαν τοῦ μηδενός.* Quae quum ita sint, *χρεὼν* sanum esse nequit, *siquidem hoc vocabulo Graeci in concludendo non utuntur.* Sensui vero, ut ab initio dixi, optime conveniet *δόκει.*

Stob. LXXV, 3. *Εὐρ. Οἰνέως·*

A. —ὡς οὐδὲν ἀνδρὶ πιςὸν ἄλλο πλὴν τέκνων.
B. κέρδους δ' ἕκατι καὶ τὸ συγγενὲς νοσεῖ.

Haec verba, quae vulgo continuata leguntur, fortasse melius inter duas personas dividentur. Sumta enim esse suspicor ex dialogo inter Oeneum et Diomedem, cuius particula legitur apud. Schol. Arist. Ran. 72 scripta in hunc modum:

A. σὺ δ' ὧδ' ἔρημος ξυμμάχων ἀπόλλυσαι;
B. οἱ μὲν γὰρ οὐκέτ' εἰσίν, οἱ δ' ὄντες κακοί.

quorum versuum priorem Diomedi alterum Oeneo recte tribuerunt viri docti. Eandem rationem obtinere crediderim in versibus supra allatis. Quemadmodum vero versum: *οἱ μὲν γὰρ— κακοὶ* in suam rem convertit Aristophanes Ran. 72, ita fieri potest, ut versum: *κέρδους δ' ἕκατι—νοσεῖ* respiciat Pac. vs., ubi de Simonide dicit:

ὅτι γέρων ὢν καὶ σαπρὸς
κέρδους ἕκατι κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοι.

simul, ut auctor est Scholiasta, iocose immutato proverbio: *θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις.*

Stob. Flor. XXXVIII, 15 c. *Πειρίθου·*

τρόπος ἐστὶ χρηςὸς ἀσφαλέστερος νόμου.

In senario tragico anapaestus in sede prima uno vocabulo contineri debet, qua propter tentabam:

τρόπος δὲ χρηςὸς κτἑ.

quam ipsam scripturam in codice Trinc. exstare nunc me docet Nauckius, qui huius lectionis praestantiam ignorans vulgatum errorem intactum reliquit. Nihil autem frequentius quam particulae *δὲ* et verbi *ἐςὶν* in codd. permutatio. Cf. Bastium, Comm. Palaeogr. tab. VI num. 3.

Praeterea fere malim *ἀσφαλέςερον*, similiterque in fragm. e *Melanippa* ap. Stob. LXX, 4 c. vs. 5 sq. scripserim:

πλοῦτος δ' ἐπακτὸς ἐκ γυναικείων γάμων
ἀνόνητον·

ubi vulgatur *ἀνόνητος*. Genus neutrum, quod Graeci in talibus adhibere solent, sedulo a librariis vitium suspicantibus in masculinum mutatum esse, saepissime potest observari.

Stob. Flor. XCII, 4 Εὐρ. Πελιάσι·

ὁρῶσι δ' οἱ διδόντες εἰς τὰ χρήματα.

Perperam interpretantur: *qui dono aliquid dant ad divitias spectant.* Euripidi in deliciis est verbum simplex διδόναι pro ἐκδιδόναι i. e. *elocare filiam.* Verto igitur: *parentes, qui filiam elocant, spectant ad divitias.* Cf. locum, qui apud Stobaeum huicce praecessit, cuius ultimus versus hic est:

μᾶλλον δὲ κηδεύουσι τοῖς εὐδαίμοσιν.

Stob. Flor. CXV, 6. Εὐρ. Πηλεῖ·

τὸ γῆρας, ὦ παῖ, τῶν νεωτέρων φρενῶν
σοφώτερον πέφυκε κἀσφαλέςερον,
ἡμπειρία γὰρ τῆς ἀπειρίας κρατεῖ.

Vulgo vs. 3 male legitur ἡμπειρία τε τῆς κτἑ. Recepi γὰρ ex Menand. monost., quia ratio hoc versu redditur praecedentium. Ni feceris, vs. 3 admodum frigebit.

Stob. Flor. CXI, 4, Εὐρ. Πρωτεσίλαος·

πόλλ' ἐλπίδες ψεύδουσι αἱ ἄλογοι βροτούς.

Ita legebatur ante Dindorfium, qui codicum *AM* Vind. lectionem καὶ ἄλογοι in καὶ λόγου mutandum esse iudicavit. Quam coniecturam in textum receperunt Wagnerus (647) et Nauckius (652). An recte fecerint dubito; et, quamvis in brevissimo fragmento, deficiente orationis nexu, minime ausim contendere falli Dindorfium, malo tamen suspicari, lectionem αἱ ἄλογοι interpretamentum esse adiectivi alicuius et Euripidi reddi oportere:

πόλλ' ἐλπίδες ψεύδουσιν αἱ τυφλαὶ βροτούς.

Cf. v. c. Aeschyl. Prometh. vs. 250.

Polluc. On. IX, 75 *τάχα δ' ἂν εἴη κόρη, ὡς Εὐριπίδης ὠνόμασε πάρθενον ἐν Σκίρωνι λέγων περὶ τῶν ἐν Κορίνθῳ ἑταιρουσῶν·*

καὶ τὰς μὲν ἄξει, πῶλον ἢν διδῷς ἕνα,
τὰς δὲ ξυνωρίδ', αἱ δὲ κἀπὶ τεσσάρων
φοιτῶσιν ἵππων ἀργυρῶν· φιλοῦσι δὲ
τὸν ἐξ Ἀθηνῶν, παρθένους ὅταν φέρῃ
πολλάς —

Vs. 2 erat quum putarem pro *κἀπὶ τεσσάρων κτέ.* rescribendum esse *κἀντὶ τεσσάρων κτὲ* i. e. *quatuor equis argenteis copiam sui faciunt.* At fallebar, nam de industria ita poeta locutus est. Verto: *aliae etiam quadriga vectae argentea copiam sui faciunt.* Ioci aculeus est in ipsa ambiguitate; quam rem non intellexit interpres Latinus ap. Didotium. Vs. 4 scripsi ex egregia Cobeti emendatione pro vulgatis: *τὰς ἐξ Ἀθ. π. ὅ. φέρῃ.*

Stob. CV, 16 *Εὐρ. Σκύρισιν·*

Φεῦ τῶν βροτείων ὡς ἀνώμαλοι τύχαι·
οἱ μὲν γὰρ εὖ πράσσουσι, τοῖς δὲ συμφοραὶ
σκληραὶ πάρεισιν εὐσεβοῦσιν εἰς θεούς.

Versus primi *τὸ ἑξῆς* hoc est: *φεῦ τῶν βροτείων τυχῶν, ὡς ἀνώμαλοί (εἰσιν).* Qua re non intellecta, viri docti et virgulam posuerunt post *φεῦ*, et ita versum interpretati sunt, quasi non *βροτείων* sed *βροτῶν* legeretur. In fine autem versus rectissime per attractionem, quam vocant, scribitur *τύχαι*, non *τυχῶν.* Qui duo versus eos, quos adscripsi, excipiunt, legendi sunt in hunc modum:

κεἰ (vulgo *καὶ*) *πάντ' ἀκριβῶς κἀπὶ φροντίδων βίον*
σὺν τῷ (vulgo *οὕτω*) *δικαίῳ* (vulgo *—ως*) *ζῶσιν αἰσχύνης ἄτερ.*

quorum priorem ego, alterum Gesnerus correxit.

Philo Iud. vol. II, p. 461: ὁ γοῦν Ἑρμῆς πυνθανομένῳ αὐτῷ (Συλεῖ), εἰ φαῦλός ἐϛιν (ὁ Ἡρακλῆς), ἀποκρίνεται·

ἥκιϛα φαῦλος, ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον·
τὸ σχῆμα σεμνός, κοὐ ταπεινός, οὐδ' ἄγαν
εὔογκος ὡς ἂν δοῦλος, ἀλλὰ καὶ ϛολὴν
ἰδόντι λαμπρός, καὶ ξύλῳ δραϛήριος.

Vs. 2, vulgo legitur πρόσχημα σεμνός, quod correxi, quia πρόσχημα *ornamentum*, non *habitum*, quae notio h. l. requiritur, sifinificare solet. Male deinde Wagnerus intellexit versus, quos idem Philo ibidem affert ex eodem dramate:

σοῦ κατηγορῶ
σιγῶντος, ὡς ἂν εἴης οὐχ ὑπήκοος,
τάσσειν δὲ μᾶλλον ἢ 'πιτάσσεσθαι θέλοις.

Vertit enim: *te culpo, qui taces, quasi non esses servus et imperare quam imperio parere mavis.* Graecorum enim sensus hic est: *e silentio tuo arguo te servire non posse et malle potius imperare quam parere imperio.* Mox ibidem (fr. 628 ap Wagn.) scribatur in hunc modum:

κλίνηθι καὶ πίωμεν κτἑ,

pro κλίθητι, quae forma in poeta Attico ferri omnino nequit.

Aristoph. *Ach.* 445: εὐδαιμονοίης, Τηλέφῳ δ' ἁγὼ φρονῶ, ubi schol.: παρὰ τὰ ἐκ Τηλέφου Εὐριπίδου·

καλῶς ἔχοιμι, Τηλέφῳ δ' ἁγὼ φρονῶ.

Καλῶς ἔχοιμι h. l. plane nihili est, quare suspicor Euripidem, una litera addita, dedisse:

καλῶς ἔχοι 'μοί, κτἑ.

Cf. Athen. V p. 186 c. Locus Antiphanis (ap. Mein. com. Gr. III p. 90), quem conferri iubet Nauckius, ita misere corruptus est, ut eiusmodi testimonium omni fide careat.

Plut. Mor. p. 93. D.: ὥσπερ ὁ τῆς Ὑψιπύλης τρόφιμος εἰς τὸν λειμῶνα καθίσας ἔδρεπεν·

ἕτερον ἐφ' ἑτέρῳ αἰρόμενος
ἄγρευμ' ἀνθέων ἡδομένᾳ ψυχᾷ
τὸ νήπιον ἄπληστον ἔχων.

Mor. p. 671 F., ubi idem locus iterum affertur sed peius corruptus, pro αἰρόμενος legitur ἰώμενος. Neutrum ferri posse iure contendit Nauckius. Suspicor:

— ἕτερον ἐφ' ἑτέρῳ τε θηρώμενος
ἄγρευμ' κτὲ.

Stob. XLIII, 2. Εὐρ. Φαέθοντι·

ἐν τοῖσι μωροῖς τοῦτον ἐγκρίνω βροτῶν,
ὅστις πατὴρ ὢν παισὶ μὴ φρονοῦσιν εὖ
ἢ 'ναξ πολίταις παραδίδωσ' ἐξουσίαν.

Vs. 3 de coniectura mea scripsi ἢ 'ναξ (i. e. ἢ ἄναξ) pro ἢ καὶ, quam crasin satis tuetur altera ὦ'ναξ = ὦ ἄναξ. Nec tamen absurde scripseris:

ὅστις, πατὴρ ὡς παισὶ μὴ φρονοῦσιν εὖ
εἴξας πολίταις παραδίδωσ' ἐξουσίαν.

Stob. XLIII, 3 sine lemmate:

ναῦν τοι μί' ἄγκυρ' οὐχ ὁμῶς σώζειν φιλεῖ
ὡς τρεῖς ἀφέντι, προστάτης θ' ἁπλοῦς πόλει
σφαλερόν· ἐπὼν δὲ κἄλλος οὐ κακὸν πέλει.

Vs. 1 dedi οὐχ ὁμῶς, requirente sententia, pro οὐδαμοῦ e verissima Badhamii emendatione. Vs. 3 legebatur σφαλερός· ὑπὼν δὲ κτὲ., quae ipse correxi. Προστάτης enim πόλει non ὑπεῖναι sed ἐπεῖναι solet.

Clem. Alex. Paed. III 2 § 14 sine auctoris et fabulae nomine habet fragmentum, quod probabiliter ad *Phaethontem* referunt viri docti: μὴ θίγῃς ἡνιῶν παιδίον ἄπειρος ὢν μηδὲ ἀναβῇς

τὸν δίφρον ἐλαύνειν μὴ μαθών. Hinc, probante Wagnero, hos senarios elicuit Musgravius:

μὴ θίγῃς οὖν ἡνιῶν
ἄπειρος ὤν, ὦ παιδίον, μηδ' ἐς δίφρον
ἀναβῇς, ἐλαύνειν μὴ μαθών.

At quantilli erat laboris restituere numeros creticos!

μὴ θίγῃς ἡνιῶν, παιδίον, ἄπειρος ὤν
μὴ 'ναβῇς τὸν δίφρον τόνδ' ἐλᾶν μὴ μαθών.

in quibus nil est, quod merito culpes.

Alterum *Phaethontis* fragm. in cod. Parisino 107 fol. 163 sic incipit:

πυρός τ' Ἐρινὺς ἐν νεκροῖσ θερήιον
ζῶσ' ἤδ' ἀνίησ' ἀτμὸν ἐμφανῆ...

Verba corruptissima; nec de codicis lectione prorsus constat: nam Haasius vs. 1 legit. *ΕΝΝΕΚΡΟΙΣΘΕΡΗΙΟΝ*, Bekkerus *ΕΝΝΕΚΡΟΙΣΘΕΡΗΝΥΑΙ.* Verba sunt Clymenes de Phaethonte filio, a Iove *fulmine icto.* Cf. vs. 68, ubi Chorus sic canit: *ὀτοτοῖ, κεραύνιοί τ' ἐκ Διὸς πυρίβολοι πλαγαὶ λέχεα θ' Ἁλίου.* Quare suspicor latere in codicis scriptura *ΕΝΝΕΚΡΩΙΚΕΡΑΥΝΙΟΥ;* itaque scripserim:

πυρός τ' Ἐρινὺς ἐν νεκρῷ κεραυνίου
ζῶσ' ἐξανίησ' ἀτμὸν ἐμφανῆ....

Aliorum suspiciones vide ap. Wagn. (775).

Ib. vs. 11:

Ὦ καλλιφεγγὲς Ἥλι' ὥς μ' ἀπώλεσας
καὶ τόνδ'. Ἀπόλλων δ' ἐν βροτοῖς ὀρθῶς καλεῖ,
ὅςις τὰ σιγῶντ' ὀνόματ' οἶδε δαιμόνων,

Cod vs. 2. *ΑΠΟΛΛΩΝΔΕΝΒΡΟΤΟΙΣΟΡΘΟΣΚΑΛΕΙ.* Legendum: *Ἀπόλλων' ἐν βροτοῖς σ' ὀρθῶς καλεῖ κτέ.* Male Wagnerus: *Ἀπόλλω δ' ἐν κτέ*, et Nauckius *Ἀπόλλω σ' ἐν;* forma enim *Ἀπόλλω* pro *Ἀπόλλωνα* antiquioribus non fuit

in usu praeterquam in formula νὴ τὸν Ἀπόλλω.[1]) Vs. 3 dubito, an sanum sit σιγῶντ'.

Stob. LXX, 1 *Εὐρ. Φοίνικος·*

Μοχθηρόν ἐςιν ἀνδρὶ πρεσβύτῃ τέκνα
διδωσιν ὅςις οὐκέθ' ὡραῖος γαμεῖν·
δέσποινα γὰρ γέροντι νυμφίῳ γυνή.

Locum frustra tentatum a multis et fere conclamatum ipse corrigere conatus sum tali modo:

μοχθηρόν ἐςιν ἀνδρὶ πρεσβύτῃ νέα
δώμασιν ἄκοιτις οὐκέθ' ὡραίῳ γαμεῖν· κτέ.

Vs. 1 *νέα* pro *τέκνα* debetur Valckenaerio; *ὡραίῳ* Welckero et aliis.

Aesch. in Timarch. p. 355 ed. Bekk. ex eadem fabula affert fragmentum, cuius ecce particula:

Vs. 4. *κἀγὼ μὲν οὕτω, χὤςις ἐς' ἀνὴρ σοφός,*
λογίζομαι τἀληθὲς εἰς ἀνδρὸς φύσιν
σκοπῶν, δίαιτάν θ' ἥνπερ ἡμερεύεται·
ὅςις δ' ὁμιλῶν ἥδεται κακοῖς ἀνήρ,
οὐ πώποτ' ἠρώτησα, γιγνώσκων ὅτι
τοιοῦτός ἐςιν, οἷσπερ ἥδεται ξυνών.

Vs. 9. vocabula *οὐ πώποτ' ἠρώτησα* negotium mihi facessunt. Duce sententia, vv. dd. interpretantur: *in hunc numquam adhuc inquisivi.* Veruntamen verbum *ΗΡΩΤΗΣΑ* manifesto istam interpretationem respuere mihi videtur. Unde nata mihi est suspicio, scripsisse poetam: *οὐ πώποτ' ΙΣΤΟΡΗΣΑ* (*ἱστόρησα*) *γιγνώσκων κτέ.*

Verbum *ἱςορεῖν* optime respondet praecedentibus vs. 5 sq. *λογίζομαι—σκοπῶν.* Cave autem ne putes pronomen *ὅςις* pendere ab *ἠρώτησα.* More tragicorum ita scribitur pro *εἰ δέ τις.*

---

[1]) Excipio carmina melica, in quibus et Ἀπόλλω et Ποσειδῶ rite legi videtur.

Unam literam deleverim in *Phrixi* fragmento apud Stob. VIII, 7:

Ἀνὴρ δ' ὃς εἶναι φῂς, ἀνέρος οὐκ ἄξιον
δειλὸν κεκλῆσθαι καὶ νοσεῖν αἰσχρὰν νόσον.

Ferri nequit ἀνερὸς pro ἀνδρὸς in senario. Legendum: ἄνερ, σ' οὐκ ἀξιῶ κτέ. Verba sunt Inonis ad *maritum* Athamantem. *Qui virum te esse ais*, *mi vir*, *te nolo ignavum vocari* cet.

Stob. CXX, 18 *Εὐρ. Φρίξῳ·*

τίς δ' οἶδεν εἰ ζῆν τοῦθ' ὃ κέκληται θανεῖν,
τὸ ζῆν δὲ θνήσκειν ἐστι; πλὴν ὅμως βροτῶν
νοσοῦσιν οἱ βλέποντες, οἱ δ' ὀλωλότες
οὐδὲν νοσοῦσιν οὐδὲ κέκτηνται κακά.

Vocabula *πλὴν ὅμως* sententiam turbant: inchoant enim obiectionem contra praecedentia *τίς—ἐστι;* Dixerat autem Euripides, quod bene tenendum, vitam esse *θνήσκειν* i. e. *perpetuum*, ut ita dicam, *moriendi dolorem*, non *θανεῖν* s. *τεθνηκέναι* i. e. *ipsam mortem.* Minime igitur hanc thesin ipse impugnare potuit dicendo: *τοὺς βλέποντας νοσεῖν* i. e. *aegrotare vivos*, quandoquidem id ipsum argumentum facit pro iis, quae posuit; non contra. Suspicor autem poetae manum sic posse restitui, si legamus:

τίς δ' οἶδεν εἰ ζῆν τοῦθ' ὃ κέκληται θανεῖν,
τὸ ζῆν δὲ θνήσκειν ἐστ'; ἐπεὶ μόνοι βροτῶν
νοσοῦσιν οἱ βλέποντες κτέ.

Stob. Flor. LXVI 2. *Εὐρ. Χρυσίππῳ·*

γνώμη σοφός μοι καὶ χέρ' ἀνδρείαν ἔχειν·
δύσμορφος εἴην μᾶλλον ἢ καλὸς κακός.

Ingeniose Nauck.: *γνώμης σόφισμα*, qua emendatione recepta, scribo:

γνώμης σόφισμα καὶ χέρ' ἀνδρείαν ἔχων
δύσμορφος κτέ.

Ille minus recte pro *ἔχειν* rescripsit *ἔχοιν;* nam ita tum ambo versus malo cohaerent, tum versus secundus sensu caret idoneo.

CAPUT IV.

INCERTARUM FABULARUM FRAGMENTA.

Luc. Iov. trag. 41, vol. 2, p. 689:

ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα,
τὴν γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις;
τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν.

Vs. 2 vulgo: *καὶ γῆν πέριξ ἔχοντ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις*, ut videtur, minus recte.

Plut. Mor. p. 549: *ὅθεν Εὐριπίδης ἄτοπος, εἰς ἀποτροπὴν κακίας τούτοις χρώμενος·*

οὔτοι προςελθοῦσ' ἡ Δίκη σὲ [μὴ τρέσῃς]
παίσει πρὸς ἧπαρ οὐδὲ τῶν ἄλλων βροτῶν
τὸν ἄδικον, ἀλλὰ σῖγα καὶ βραδεῖ ποδὶ
ςείχουσα μάρψει τοὺς κακούς, ὅταν τύχῃ.

Vs. 1 dedi *σέ* pro *σε*, quia opponitur: *τῶν ἄλλων βροτῶν τὸν ἄδικον.* Deinde expunxi Graeculi additamentum, quo lacunam in codice explere conatus est. Fraudem enim arguit loci sensus. Nam primum nihil est in tota sententia, quod ei, cui haec dicuntur, animum addere possit, imo illa utitur Euripides, ut Plutarchus ait, *εἰς ἀποτροπὴν κακίας.* Deinde opposita vs. 3 *σῖγα καὶ βραδεῖ ποδὶ* ostendunt olim pro *μὴ τρέσῃς* lectum fuisse aliquid, quo *celer impetus* fuerit significatus. Sensui v. c. optime subvenias scribendo:

οὔτοι προσελθοῦσ' ἡ Δίκη σ' ὠκύπτερος κτέ.
sed ipsam poetae manum te restituisse frustra contendes.

Quam vero sit ista lacuna vetus, apparet ex Stobaeo Ecl. Phys. I, 4, 21, p. 114, ubi idem vs. sic scribitur:

οὔτοι προσελθοῦσ' ἡ Δίκη σε [πώποτε].

Quod additamentum non magis genuinum esse quam illud vel inde liquet, quod Graeculorum more *πώποτε* pro *ποτέ* est adhibitum.

Stob. LXVII, 8 *τοῦ αὐτοῦ* (nempe *Εὐριπίδου*):

οἰκοφθορεῖν γὰρ ἄνδρα κωλύει γυνὴ
ἐσθλὴ παραζευχθεῖσα, καὶ σώζει δόμους.

Vulgo *οἰκοφθόρον*, quod emendavi.

Stob. LXXXVII, 8 *Εὐριπίδου·*

Ἡ φύσις ἑκάςῳ τοῦ γένους ἐστὶν πατρίς·

Verba ipsis tenebris obscuriora. Suspicor:

ἡ φύσις ἑκάςῳ κοὐ τὸ γένος ἐςὶν πατρίς·

i. e. *Indoles cuique non origo pro patria est.* Noli, ait poeta, quemquam despicere, quod natus sit in civitate obscuriore cet., nam *οὐκ ἔςιν οὐδεὶς ἀποδεδειγμένος τόπος, ὃς ἢ πονηροὺς πάντας ἢ χρηςοὺς ποιεῖ*, qui versus, male Epicharmo tributi, a Stobaeo cum loco nostro coniunguntur in codd. *A M*.

Stob. CXVI, 6.

Ὦ γῆρας, οἵαν ἐλπίδ' ἡδονῆς ἔχεις;
καὶ πᾶς τις εἰς σὲ βούλετ' ἀνθρώπων μολεῖν,
λαβὼν δε πεῖραν μεταμέλειαν λαμβάνει,
ὡς οὐδέν ἐςι χεῖρον ἐν θνητῷ γένει.

Gaisfordius hoc fragm. novae comoediae poetae tribuens

egregie fallitur; nam *μολεῖν* solis tragicis dicere licebat. Hinc simul apparet corrupta esse vocabula *βούλετ' ἀνθρώπων*, propterea quod diphtongum *αι* elidere poetae tragici non solent. Erfurdtii coniectura *ἐβούλετ'* iure explosa, Wagnerus multo melius *βούλεται βροτῶν μολεῖν* scribendum esse suspicatur. Ego in *ΒΟΥΛΕΤΑΝΩΝ* videre mihi videor *ΒΟΥΛΕΤΑΙΝΕΩΝ* i. e. *βούλεται νέων μολεῖν.*

Anton. Meliss. et Maxim. in ed. Stob. a 1609, Serm. CXLVIII, p. 237, 14:

Ἐν τοῖς κακοῖς δεῖ τοὺς φίλους εὐεργετεῖν·
ὅταν γὰρ ἡ τύχη καλῶς διδῷ, τί χρὴ φίλου;

Recipiendis his versibus inter incertas Euripidis reliquias probavit Wagnerus se ante susceptum edendi negotium non diligentissime huius tragici fabulas perlegisse. Inspice mihi Orestem, ubi vs. 665 sqq. Agamemnonides sic alloquitur Menelaum:

— *Ἐρεῖς ἀδύνατον· αὐτὸ τοῦτο· τοὺς φίλους*
ἐν τοῖς κακοῖς χρὴ τοῖς φίλοισιν ὠφελεῖν,
ὅταν δ' ὁ δαίμων εὖ διδῷ τί δεῖ φίλων;
ἀρκεῖ γὰρ αὐτὸς ὁ θεὸς ὠφελεῖν θέλων.

Non dubitabis, opinor, mecum statuere versus esse eosdem, sed apud Stobaeum ita pessime corruptos esse et interpolatos, ut neque metrum sibi constet, neque Graecitas. *Εὖ διδόναι* fortuna rectissime dicitur; *καλῶς διδόναι* h. s. Graecorum nemo dicere potuit. Quod ad hanc scribarum in Stobaeo licentiam attinet omnino confer, quae Cobetus nuper disputavit in Mnemos. Vol. IX, p. 86—148. Praeterea hinc apparet saepe non integros afferre locos Stobaeum (cf. Stob. XXXIV, 2).

Clem. Alex. Strom. V p. 688:

vs. 6 σὺ γὰρ ἔν τε θεοῖς τοῖς οὐρανίδαις
σκῆπτρον τὸ Διὸς μεταχειρίζων,
χθονίων θ' Ἅιδῃ μετέχεις ἀρχῆς,
πέμψον μὲν φῶς ψυχᾶς ἀνδρῶν
τοῖς βουλομένοις ἄθλους προμαθεῖν,
πόθεν ἔβλαστον κτέ.

Grammaticae ratio non constabit, nisi scripseris aut μεταχειρίζεις—μετέχεις, aut μεταχειρίζων—μετέχων. Sententia illud verum, hoc falsum esse evincit. Coniunctione γάρ hic, ut saepissime, ratio redditur non praecedentium, sed sequentium.

Achill. Tat. Isag. in Phoen. p. 139: E.: ἐνιαυτὸς δὲ ἡλίου εἴρηται, ἐπεὶ ἔχει τὰς πάσας ὥρας ἐν ἑαυτῷ τέσσαρας κατὰ τὸν Εὐριπίδην „ὅθ' οὕνεκ' ἐν αὐτῷ πάντα συλλαβὼν ἔχει.“

Scripserim:

οὕνεκ' ἐν ἑαυτῷ πάντα συλλαβὼν ἔχει.

quae correctio facilior est quam haec Meinekii:

ὁθούνεκα
[αὐτὸς] ἐν ἑαυτῷ κτέ.

Athenag. Legat. pro Christ. c. 6, p. 22:

ὤφειλεν ᾔδεν, εἴπερ ἐστ' ἐν οὐρανῷ
Ζεύς, μὴ τὸν αὐτὸν δυστυχῆ καθεστάναι.

Nauckius locum restituisse se opinatur, scripto δῆθεν vs. 1, non animadvertens gravissima labe affectum esse vs. 2, ubi sententia requirit: τὸν αὐτὸν ἀεὶ δυστυχῆ κτέ., quemadmodum legimus in Phoen. vs. 83: χρὴ δ', εἰ σοφὸς πέφυκας, οὐκ ἐᾶν βροτῶν τὸν αὐτὸν ἀεὶ δυστυχῆ καθεστάναι, quem locum ipse affert. Cf. Soph. El. 916 sq.

Hoc fragmentum, cui emendando non sum, in mentem mihi revocat locum Euripideum Troad. 1203, ubi Hecuba sic queritur:

θνητῶν δὲ μῶρος, ὅςις εὖ πράσσειν δοκῶν
βέβαια χαίρει· τοῖς τρόποις γὰρ αἱ τύχαι
ἔμπληκτος ὡς ἄνθρωπος ἄλλοτ' ἄλλοσε
πηδῶσι, κοὐδεὶς αὐτὸς εὐτυχεῖ ποτε,

quae intelligam emendata hac ratione:

θνητῶν δὲ μῶρος, ὅςις εὖ πράσσων δοκεῖ
βέβαια χαίρειν· κτέ.

Ibid. p. 28:

πολλάκι μοι πραπίδων διῆλθε φροντὶς
εἴτε τύχα (τις) εἴτε δαίμων
τὰ βρότεια κραίνει.
(εἰ) παρά τ' ἐλπίδα καὶ παρὰ δόξαν
τοὺς μὲν ἀπ' οἴκων ἀποπίπτοντας
ἄτερ βίου, τοὺς δ' εὐτυχοῦντας ἄγει.

Vs. 4 de coniectura mea pro *καὶ παρὰ δίκαν*, quod metro aperte adversatur, rescripsi *καὶ παρὰ δόξαν*. Vs. 2 *τις* et vs. 4 *εἰ* inseruit Matth.; vs. 5 *ἀποπίπτοντας* pro *δ' ἀναπίπτοντας* Gesnerus ci.: vulgo *ἀναπίπτοντας* legitur e Grotii correctione; vs. 6 *ἄτερ βίου* pro *ἀτὰρ θεοῦ* rescripsit Grotius, sed fortasse aliud quid latet. Plurimum vero abest, ut pars ultima fragmenti persanata sit.

Schol. Pind. Pyth. IV: 71. *Ἐπειδὴ οἱ οἰκέται τῶν δεσποτῶν τοὺς πόνους διαλύουσι τῇ θεραπείᾳ λυσιπόνους αὐτοὺς ἐκάλεσεν, ὡς Εὐριπίδης·*

δούλοισι γάρ τε ζῶμεν οἱ ἐλεύθεροι.

Heathius: *γάρ τοι* et *οἵ γ' ἐλεύθεροι*. Aliud quid latere videtur Nauckio, cui planissime assentior. Quicunque bene attendit ad verba Scholiastae, sentiet verum esse:

δούλοισιν ἀργοὶ ζῶμεν οἵ γ' ἐλεύθεροι.

i. e. *οἱ δοῦλοι τοὺς πόνους διαλύουσιν ἡμῖν τοῖς ἐλευθέροις.*

Schol. *A.* Il. *Z.* 239 de v. *ἔτης* agens: *καὶ παρ' Εὐριπίδῃ τό·*
πόλει μὲν ἄρχων, φωτὶ δ' οὐκ ἔτῃ πρέπων.
Corrigo:
πόλεως μὲν ἀρχῷ, φωτὶ δ' οὐκ ἔτῃ πρέπων.
i. e. *civitatis quidem principi, non vero privato homini conveniens.* Idem Schol. affert ex Aeschylo: *οὔτε δῆμος οὔτ' ἔτης ἀνήρ.* Emendationem nostram confirmat Aeschyl. Suppl. 247.

CAPUT V.

EMENDATIONES IN RELIQUORUM TRAGICORUM FRAGMENTA.

Stob. CXX, 2. *Ἀρίσαρχος·*
Ὦ θάνατε σωφρόνημα τῶν ἀμεινόνων·
Verum videtur:
Ὦ θάνατε σωφρόνισμα τῶν ἀμειλίχων·
Σωφρόνημα iam alii correxerunt.

Schol. ad Eur. Med. 647 *Νεόφρων·*
καὶ γάρ τιν' αὐτὸς ἤλυθον λύσιν μαθεῖν
σοῦ· Πυθίαν γὰρ ὄσσαν, ἥν ἔχρησέ μοι
Φοίβου πρόμαντις, ξυμβαλεῖν ἀμηχανῶ,
σοὶ δ' εἰς λόγους μολὼν γὰρ ἤλπιζον μαθεῖν.
Forma *ἤλυθον* in senario an ferri possit dubito. Conieci: *ἦλθον ἵνα* (vel *ὡς*) *λύσιν μάθοιν* vel *ἤθελον λύσιν μαθεῖν.* Vs. 4 pro *γὰρ* legendum *ἄρ'.*

Schol. ad Eurip. Med. 1384 *Νεόφρων* —:
τέλος φθερεῖ γὰρ αὐτὸς αἰσχίσῳ μόρῳ,
βρόχον τὸν ἀγχόνης ἐπισπάσας δέρῃ.

Ita vs. 2 correxit Elmsleius. Codex Flor. exhibet: *Βρόχῳ τὸν ἀγχόνης ἐπισπάσας δέρην;* edit. Ven.: *βροτὸν ἀγχόνης ἐπισπάσας ἔρῃ.* Mihi versus, quem restituit doctissimus Anglus, quia inciditur post vocabulum polysyllabum, *κακόμετρος* esse videtur. Eo tamen manifesto ducit librorum scriptura, quae parum favet suspicioni meae:

βρόχον τὸν ἀγχόνειον ἐξάψας δέρῃ.

Restat igitur, ut Neophronem in numeris negligentiorem fuisse arbitremur.

Athen. XI p. 468 c. *Δακτυλωτὸν ἔμπωμα οὕτως καλούμενον παρ' Ἴωνι ἐν Ἀγαμέμνονι·*

οἴσει δὲ δῶρον ἄξιον δραμήματος
ἔκπωμα δακτύλωτον, ἄχραντον πυρί,
Πελίου μέγ' ἆθλον, Κάστορος δ' ἔργον ποδῶν.

Sana ratio imperiose postulat, ut vs. 3 rescribamus:

Πελίου μὲν ἔργον, Κάστορος δ' ἆθλον ποδῶν.

i. e. *Peliae* (fabri) *opus*, *Castoris praemium.* Ecquis est, qui non meminerit versuum Homericorum:

οὐχ ἱερήϊον οὐδὲ βοείην
ἀρνύσθην, ἅτε ποσσὶν ἀέθλια γίγνεται ἀνδρῶν,

aut:

δώδεκα δ' ἵππους
πηγοὺς ἀθλοφόρους, οἳ ἀέθλια ποσσὶν ἄροντο.

Pro *μέγ'* requiri *μὲν* vidit iam Osannius. Vs. 2 *δακτύλωτον* tam veterum Alexandrinorum quam recentiorum interpretum crux fuit. Meinekius *δαιδάλωτον*, Nauckius *δεικηλωτὸν* ci. Ipse cogitavi de *διαλιθωτόν* i. e. *gemmis ornatum*, de *παντύλωτον*, de aliis, sed nihil, quod certum sit, reperire potui.

Ath. III, p. 91 D: *ὅτι δ' οἱ ἐχῖνοι, λεγω δὲ καὶ τοὺς χερσαίους καὶ τοὺς θαλαττίους ἑαυτῶν εἰσι φυλακτικοὶ πρὸς*

τοὺς θηρῶντας — Ἴων — μαρτυρεῖ ἐν Φοίνικι ἢ Καινεῖ λέγων οὕτως·

ἀλλ' ἔν γε χέρσῳ τὰς λέοντος ᾔνεσα
ἢ τὰς ἐχίνου μᾶλλον οἰζυρὰς τέχνας·

Qui primus χέρσῳ ferri non posse vidit Nauckius, infeliciter admodum: ἀλλ' ἔν γε κύρσω ci. Equidem scripserim:

ἀλλ' ἔν γε θηρσὶ τὰς κτέ.

Sequentia sic scribantur:

ὅς, εὖτ' ἂν ἄλλων κρεισσόνων ὁρμὴν μάθῃ,
στρόβιλος ἀμφάκανθον εἱλίξας δέμας
κεῖται δακεῖν τε καὶ θιγεῖν ἀμήχανος.

ubi absurde vulgatur ἀμφ' ἄκανθαν.

Athen. 1 p. 21 A: ἔταττον γὰρ τὸ ὀρχεῖσθαι ἐπὶ τοῦ κινεῖσθαι καὶ ἐρεθίζεσθαι — Ἴων·

ἐκ τῶν ἀέλπτων μᾶλλον ὤρχησεν φρένας.

Credat, qui possit! Athenaeo imposuit, opinor, corrupta codicis lectio. Io enim, ni fallor dederat:

ἐκ τῶν ἀέλπτων μᾶλλον ὤργησεν φρένας.

Cf. Tim. lex. Plat. v. ὀργᾷ ibique doctam Ruhnkenii adnotationem.

Athen. XIV, p. 641 D. — Ἀχαῖος ἐν Ἡφαίστῳ σατυρικῷ·

A. Θοίνῃ σε πρῶτον τέρψομεν· πάρεστι γάρ.
B. τὸ δεύτερον δὲ τῷ με κηλήσεις τρόπῳ;
A. μύρῳ σε χρίσω πάμπαν ἐνόσμῳ δέμας.
B. ὕδωρ δέ νίψαι χεῖρας οὐ πρόσθεν δίδως;
A. ἐν ᾧ τράπεζά γ' ἐκποδὼν ἀπαίρεται.

Vs. 1 scripsi πάρεστι γάρ pro δὲ cum Casaubono et vs. 5 pro ναὶ τράπεζά γ' κτέ. dedi de coniectura mea: ἐν ᾧ—γ'. Vulgo sine sensu: ναί· καὶ τρ. κτέ. Possis quoque: ἐπεὶ τράπεζά γ'.

Athen. VII, p. 277 B. *καὶ κατὰ τὰς Ἀχαιοῦ δὲ Μούσας·*

πολὺς γὰρ ὅμιλος ποντίου
κυκλοῦ σοβῶν ἐνάλιος θεωρία
χραίνοντες οὐραίοισιν εὐδίαν ἁλός.

Multis multorum in corruptissimum locum coniecturis accedat haec mea:

πολὺς δ' ὅμιλος πόντιος (παρέσπετο),
κύκλῳ σοβοῦντες, ἐνάλιος θεωρία,
χραίνοντες κτέ.

Diog. Laert. II, 5, 133: *ὅθεν (Μενέδημος) καὶ πρὸς τοὺς ἀντιπολιτευομένους ταῦτα, φασὶ, προσεφέρετο·*

Ἡλίσκετ' ἄρα καὶ πρὸς ἀσθενῶν ταχὺς
καὶ πρὸς χελώνης ἀετὸς βραχεῖ χρόνῳ.

ταῦτα δ' ἐςιν Ἀχαιοῦ ἐκ τῆς σατυρικῆς Ὀμφάλης.

Achaeum scripsisse opinor *μακρῷ χρόνῳ* i. e. *tandem*. *Μάκρῳ*, ut fit, corruptum erat in *μίκρῳ*, quod ipsum variam lectionem *βραχεῖ* peperisse videtur.

Stob. LIV, 4 *Ἀγάθων·*

Γνώμῃ δὲ κρείσσων ἐςὶν ἢ ῥώμῃ χερῶν.

Malim *κρεῖσσον*.

Stob. LXXXVI, 3 *Ἀςυδάμαντος·*

Γένους δ' ἔπαινός ἐςιν ἀσφαλέςατος
κατ' ἄνδρ' ἐπαινεῖν, ὅςις ἂν δίκαιος ᾖ
τρόπους τ' ἄριςος. Τοῦτον εὐγενῆ καλεῖν·
τὸν ἄνδρα δ' εὑρεῖν τοῦτόν ἐςι δυσχερές,
κἢν αὐτὸν οἱ ζητοῦντες ὦσι μύριοι.

Sic corrigendi videbantur vs. 4 et 5, qui in cod. Paris. *A* scripti leguntur in hunc modum:

ἕν᾽ ἄνδρα τούτων ἐςὶν εὑρεῖν δυσχερές,
καὶ τοῦτον οἱ ζητοῦντες εἰσι μύριοι.

In cod. B vs. 4 haec sciptura est: ἀλλ᾽ οὐκ ἐν ἑκατόν ἐςιν εὑρεῖν ἄνδρ᾽ ἕνα, unde Porsonus rescripsit: ἐν ἑκατόν ἐςιν ἔργον εὑρεῖν ἄνδρ᾽ ἕνα κτἑ. Priores versus nondum persanati. At quod suspicatur Nauckius ἑνὸσ δ᾽ ἔπαινος κτἑ. nihili esse arbitror.

Athen. XIII, p. 559 F. Καρκίνος — ἐν Σεμέλῃ·

Ὦ Ζεῦ, τί χρὴ γυναῖκας ἐξειπεῖν κακόν;
ἀρκοῦν ἂν εἴη, κἂν γυναῖκ᾽ εἴπῃς μόνον.

E singulari numero γυναῖκ᾽ vs. 2 liquido constat, vs. 1 sic scribendum esse:

Ὦ Ζεῦ, τί χρὴ γυναῖκά σ᾽ ἐξειπεῖν κακόν;

Stob. CIII, 3 Καρκίνου Τηρεύς·

ἀσκεῖν μὲν ἀρετήν, εὐτυχεῖν δ᾽ αἰτεῖν θεούς,
ἔχων γὰρ ἄμφω ταῦτα μακάριός θ᾽ ἅμα
κεκλημένος ζῆν κἀγαθὸς δυνήσεται.

Lege: οὔχων γὰρ — δυνήσεται.

Stob. XXXVIII, 18 Καρκίνου·

Χαίρω σ᾽ ὁρῶν φθονοῦντα, τοῦτ᾽ εἰδώς, ὅτι
ἓν δρᾷ μόνον δίκαιον, ὧν ποιεῖ, φθόνος·
λυπεῖ γὰρ αὐτὸ κτῆμα τοὺς κεκτημένους.

Quod Nauckius suspicatur vs. 3 αὐτόχρημα mihi quidem sententiae parum convenire videtur. Poeta vix aliter scribere potuit quam sic:

λυπεῖ γὰρ αὐτοὺς πλεῖςα τοὺς κεκτημένους.

Graeculus linguae non satis gnarus, quum superesset *ΑΥΤΟ....Α*, lacunam argutius quam verius explevisse videtur.

Pretiosum nobis Critiae tragici fragmentum e *Sisypho* servavit Sextus Empiricus adv. Phys. p. 262 sq. ed Fabr.

Antiquissimo tempore, ait, neque virtutis praemia erant, nec scelerum poenae, unde fiebat, ut vi et arbitrio potentiorum humana omnia regerentur. Mox vero ad coercendas improborum iniurias leges latas esse.

9 *Ἔπειτ' ἐπειδὴ τἀμφανῆ μὲν οἱ νόμοι*
ἀπεῖργον αὐτοὺς ἔργα μὴ πράσσειν βίᾳ,
λάθρᾳ δ' ἔπρασσον (ἄδικα), τηνικαῦτά μοι
δοκεῖ πυκνός τις καὶ σοφὸς γνώμην ἀνὴρ
γνῶναι θεοὺς θνητοῖσιν ἐξευρεῖν, ὅπως
εἴη τι δεῖμα τοῖς κακοῖσι, κἂν λάθρα
πράσσωσιν ἢ λέγωσιν ἢ φρονῶσί (τι).
Ἐντεῦθεν οὖν τὸ θεῖον εἰσηγήσατο
ὡς ἔστι δαίμων ἀφθίτῳ θάλλων βίῳ.

Vs. 10 pro *ἀπῆγον* scripsi *ἀπεῖργον* cum Nauckio de Normanni coniectura. Vs. 11 *ἄδικα* inserui cum Wagnero, vs. 13 pro codicum lectione *δὲ ὃς* dedi *θεοὺς* (ΘΣ) ex coniectura mea. Wagnerus edidit *δέον*, auctore Normanno, sed ita *ἐξευρεῖν* caret obiecto; Nauckius *δέος*, quod propter sequens *δεῖμα* omnino improbandum. Medelam hucusque frustra exspectavit fragmenti pars ultima:

33 —— *τό τ' ἀστερωπὸν οὐρανοῦ δέμας,*
χρόνου καλὸν ποίκιλμα, τέκτονος σοφοῦ,
ὅθεν τε λαμπρὸς ἀστέρος στείχει μύδρος,
ὅ θ' ὑγρὸς ἐς γῆν ὄμβρος ἐκπορεύεται;
Τοίους πέριξ ἔστησεν ἀνθρώποις φόβους,
δι' οὓς καλῶς τε τῷ λόγῳ κατῴκισεν
τὸν δαίμον' οἰκεῖν ἐν πρέποντι χωρίῳ
τὴν ἀνομίαν τε τοῖς νόμοις κατέσβεσεν.

Ad vs. 35 optime, me iudice, Matthiaeus monuit solem nonnumquam quidem *ἄστρον* dici, nusquam vero alibi *ἀστήρ*. Frustra enim Wagnerus obmovet locum Aristophanis Thesmoph. 1050:

εἴθε με πυρφόρος αἰθέρος ἀστὴρ
τὸν βάρβαρον ἐξολέσειε.

siquidem iste locus procul dubio corruptus est. Nam, ut alia taceam, quomodo Mnesilochus, cuius haec verba sunt, se ipsum barbarum vocare potuit, aut apprecari sibi aliive perniciem a sole? Nondum ab omni parte repudio coniecturam, quae, quoties hunc locum lego, mihi venit in mentem, in istis *πυρφόρος αἰθέρος ἀστὴρ* latere *πυρφόρος ἀστεροπητής*, collato loco Sophocleo Philoct. 1198:

οὐδ' εἰ πυρφόρος ἀστεροπητὴς
βροντᾶς αὐγαῖς μ' εἶσι φλογίζων.

Quam tamen coniecturam urgere nolo, sed hoc unum requiro, ut ne istiusmodi locis aliquis abuti velit.

Persequi autem Critiam, ut ad locum, de quo agimus, redeamus, his versibus Anaxagorae doctrinam, rectissime iam alii monuerunt. Diog. Laert. II, 3 § 8 ed. Cob.: *οὗτος ἔλεγε τὸν ἥλιον μύδρον εἶναι διάπυρον καὶ μείζω τῆς Πελοποννήσου κτἑ.* Xenoph. Memor. IV, 7 § 7: *φάσκων δὲ* (nempe *Anaxagoras*) *τὸν ἥλιον λίθον διάπυρον εἶναι καὶ τοῦτ' ἠγνόει, ὅτι λίθος μὲν ἐν πυρὶ ὢν οὔτε λάμπει οὔτε πολὺν χρόνον ἀντέχει, ὁ δ' ἥλιος τὸν πάντα χρόνον πάντων λαμπρότατος ὢν διαμένει.* cf. Luc. Icarom § 7. Hinc subnata mihi iam aliquot abhinc annis (cf. dissertat. meam p. 131) suspicio est, a Critia olim profectum esse hunc versum:

ὅθεν τε λαμπρὸς διάπυρος στείχει μύδρος.

Vocabulum autem *διάπυρος* in *ἀστέρος* abire potuisse non mirabitur, quicunque meminerit, quo compendio praepos. *διὰ* pingi soleat in libris manuscriptis. Cf. Bastium comm. palaeogr. tab. V, num. 19. Neque tamen absurde scriberetur:

ὅθεν τε λαμπρὸς αἰθέρος στείχει μύδρος.

Vs. 38, 39 nemo non monitus haerebit in absurdo pleonasmo, quo laborant verba *κατῴκισεν τὸν δαίμον' οἰκεῖν.*

Haec tamen res non librariis vitio vertenda est, sed criticis recentioribus. Ita enim pessime interpolavit hiulcam codicum scripturam: *τὸν δαίμονα καὶ ἐν πρέποντι χωρίῳ* God. Hermannus. Quam viri ingeniosissimi coniecturam inconsulto rece-

pit Wagnerus. Post multas infelices virorum doctorum suspiciones fortasse locus concedetur huic meae:

τοίους πέριξ ἔστησεν ἀνθρώποις φόβους
θείους, καλῶς τε τῷ λόγῳ κατῴκισεν
τὸν δαίμον' ἄρας ἐν πρέποντι χωρίῳ

i. e.: *et oratione deum amplificans fecit habitare loco decoro.* Quod participium *ἄρας* fortasse non sine malignitate quadam deorum contemtor Critias sensu ambiguo adhibere voluit, quia verbum *αἴρειν* fere sollemne est de machinis, quibus in scena Attica dii demittebantur humum evehebanturque sublimes. Sic. v. c. legimus in lepido fragmento ANTIPHANIS e *Poesi* ap. Athen. VI, 1 p. 223 b.

Ἔπειθ' ὅταν μηδὲν δύνωντ' εἰπεῖν ἔτι
κομιδῇ δ' ἀπειρήκασιν ἐν τοῖς δράμασιν,
αἴρουσιν ὥσπερ δάκτυλον τὴν μηχανὴν
καὶ τοῖς θεωμένοισιν ἀποχρώντως ἔχει.

Sed imprimis huc facit Platonis locus in Cratylo p. 324 D: *εἰ μὴ ἄρα βούλει, ὥσπερ οἱ τραγῳδοποιοί, ἐπειδάν τι ἀπορῶσιν, ἐπὶ τὰς μηχανὰς καταφεύγουσι θεοὺς αἴροντες, καὶ ἡμεῖς οὕτως εἰπόντες ἀπαλλαγῶμεν.* Similiter *vir ille sapiens* apud Critiam deum suum quasi machina quadam sublimen evectum oratione sua collocavit in coelo. Praeterea vs. 38 meo Marte pro *δι' οὓς καλῶς κτἑ.* dedi *θείους* i e. *terrores divinos;* nam quod Meinekius suspicatur *δι' οὓς* in hac verborum coniunctione plane nihil significat.

In eadem senarii sede participium *ἄρας* adhibuit Euripides Electr. vs. 2:

ὅθεν ποτ' ἄρας ναυσὶ χιλίοις Ἄρη.

Dum, his scriptis, totum fragmentum iterum perlego, graviter offendo in vs. 16 sqq.:

Ἐντεῦθεν οὖν τὸ θεῖον εἰσηγήσατο
ὡς ἔστι δαίμων ἀφθίτῳ θάλλων βίῳ
νόῳ τ' ἀκούων καὶ βλέπων φρονῶν τ' ἀεί.

Hucusque πάνυ σεμνῶς omnia procedunt, et nihil est, quod demere aut addere velis. Iam vero vide, quam misera sint et poeta vel viro mediocri indignissima quae sequuntur:

19 προσέχων τε τούτῳ καὶ φρεσὶ θεῖον φορῶν,
ὃς πᾶν τὸ λεχθὲν ἐν βροτοῖς ἀκούεται,
ὃς δρώμενον δὲ πᾶν ἰδεῖν δυνήσεται.

Tribus his versibus nihil omnino dicitur quod non multo melius in duobus praecedentibus enuntiaverit poeta, nisi forte corrupta putas verba προσέχων τε τούτῳ, atque egregiam sub illis sententiam delitescere. Sed videamus singula. Vs. 19 inepte supervacaneum est δαίμων, ἀνθρώπῳ δὴ δειλαίῳ tribuere θείαν φύσιν; vs. 20, ut taceam vocabula νοῦν τ' ἀκούειν male hic inutili verborum turba περιφράζεσθαι, vocabula τὸ λεχθὲν ἐν βροτοῖς vix Graeca videntur pro τὰ λεγόμενα βροτοῖς; tandem vs. 21, qui continet participii βλέπων periphrasin, male incipit ab eodem pronomine, a quo initium ducit versus praecedens. Accedit, quod hi versus, quos exhibui emendatos scil. a viris doctis, in codd. leguntur in hunc modum:

προσέχων — φορῶν,
ἐφ' οὗ πᾶν μὲν τὸ λεχθὲν ἀκούεται
ὃς δρώμενον δὲ πᾶν ἰδεῖν δυνήσεται.

Delendi igitur, si me audis, una litura. Optime autem statim post vs. 18 sequentur vs. 22 sqq.:

ἐὰν δὲ νῦν σιγῇ τι βουλεύῃς κακόν,
τοῦτ' οὐχὶ λήσει τοὺς θεοὺς κτέ.

Athenae. IX, p. 401 F. Διονύσιος δ' ὁ τύραννος ἐν Ἀδώνιδι·

νυμφῶν ὑπὸ σπήλυγγα τὴν αὐτόξεγον,
σύαγρον ἐκβόλειον εὔθηρον κλύειν
ᾧ πλεῖς' ἀπαρχὰς ἀκροθινιάζομαι.

Locum corruptissimum tentare lubet in hunc modum:

νυμφῶν ὑπὸ σπήλυγγα τὴν αὐτόξεγον,
αἷς πλεῖς' ἀπαρχὰς ἀκροθινιάζομαι,
σύαγρον μολεῖν ἕλειον εὔθηρον κλύω.

Apros loca palustria alere non ignotum esse arbitror. Ipsius autem Adonidis venatum ituri haec verba esse videntur. *Πλεῖςα* vs. 2 valet *saepissime*. Cf. Soph. Ant. vs. 476.

Aristot. Rhet. II, 23 p. 1397 b. 3 — *ἐν τῷ Ἀλκμαίωνι τῷ Θεοδέκτου·*

Α. μητέρα δὲ τὴν σὴν οὔτις ἐςύγει βροτῶν;
Β. (μάλιςά γ',) ἀλλὰ διαλαβόντα χρὴ σκοπεῖν.
Α. πῶς;
Β. τὴν μὲν θανεῖν ἔκριναν, ἐμὲ δὲ μὴ κτανεῖν.

Vs. 2 de meo addidi *μάλιςά γ'*. Cf. v. c. Soph. Trach. 669. Nauckius, qui suspicatur *ἅπαντες*, recte Alphesiboeae vs. 1 et 3, Alcmaeoni 2 et 4 tribuit.

Athen. X p. 454, F: *καὶ Θεοδέκτης ὁ Φασηλίτης ἄγροικόν τινα ἀγράμματον παράγει καὶ τοῦτον τὸ τοῦ Θησέως ὄνομα διασημαίνοντα·*

γραφῆς ὁ πρῶτος ἦν μαλακόφθαλμος κύκλος.

Scaliger *καλόφθαλμος*, Schweigh. *μεσόμφαλος*, Welck. et Bergk. *μεσόφθαλμος* coniecerunt, Grotius *μελανόφθαλμος*, servato anapaesto in pede quarto. Mihi figuram literae *Θ* intuenti verum videtur:

γραφῆς ὁ πρῶτος ἦν μακρόφθαλμος κύκλος,

quae coniectura prae ceteris sua se lenitate commendabit. *ΜΑΚΡΟ* quum dittographia abiisset in *ΜΑΛΑΚΡΟ*, supervenit corrector, qui literam *Ρ περιέγραψεν*. Versus ultimus sic legatur:

ἕκτον δ' ὅπερ καὶ πρόσθεν εἶπον, βόςρυχος.

Vulgo *εἶφ' ὁ βόςρυχος*, sed in optimis codd. est *εἶπ' ὁ β.* Pausam vero Porsonianam seriores tragicos non observare satis constat.

Stob. Ecl. I, 4, 11 p. 116 ed. Heeren. *Θεοδέκτου·*

Vs. 6 *νῦν δὲ τῆς τιμωρίας*
ἄπωθεν οὔσης τῇ φύσει χρῶνται βροτοί·
ὅταν δὲ φωραθῶσιν ὀφθέντες κακοί,
τίνουσι ποινὰς ὑςέροισιν ἐν χρόνοις.

Propter immanem tautologiam quae est in verbis *φωραθῶσιν ὀφθέντες* monstrum alere participium *ΟΦΘΕΝΤΕΣ* crediderim. Fortasse, mutata interpunctione, legendum:

ὅταν δὲ φωραθῶσιν, οἱ φύντες κακοὶ
τίνουσι κτέ.

Athen. XIII p. 608 *Chaeremonis* affert fragm. ex *Alphesiboea*, cuius ultima pars sic corrigenda, ut legamus:

ὁ κόμαι δὲ κηροχρῶτες ὡς ἀγάλματος
αὐτοῖσι βοςρύχοισιν εὖ πεπλασμένου
κούφοισιν ἀνέμοις ἐνετρύφων φορούμεναι.

Vulgo: *ξουθοῖσιν ἀνέμοις*. Cf. Soph. Ai. 555: *κούφοις πνεύμασι βόσκου.*

Stob. Ecl. 1, 9, 38, p. 240 sq. *Μοσχίωνος·*

Vs. 18 sq. *Ἐπεὶ δ' ὁ τίκτων πάντα καὶ τρέφων χρόνος*
εἶτ' οὖν κτέ.

Exspectaveram propter sequentia:

ἐπεὶ δ' ὁ τίκτων πάντα καὶ φθείρων χρόνος κτέ.

Anton. Meliss. Serm. CXLV: *Μοσχίωνος· ἕπεσθαι τοῖς τερπνοῖς εἴωθε τὰ λυπηρά.* Hinc Wagnerus procudit versum, qualem nemo tragicorum pro suo agnosceret, nempe hunc:

τὸ λυπρὸν αἰεὶ τοῖσι τερπνοῖς εἵπετο.

Praestiterit certe:

τὰ λυπρὰ τοῖς τερπνοῖσιν ἀκολουθεῖν φιλεῖ.

At lubricum negotium est e paraphrasi versus restituere velle.

Stob. CXI, 3 *Πατροκλέους*·

vs. 3 *τί δῆτα θνητοὶ πόλλ' ἀπειλοῦμεν μάτην,*
δεινοὺς ἐπ' ἀλλήλοισι πέμποντες λόγους,
καὶ πάντα συννοοῦμεν ἐκπράξειν χερί,
πρόσω βλέποντες; τὴν δὲ πλησίον τύχην,
οὐκ ἴσμεν οὐδ' ὁρῶμεν ἀθλίου μόρου.

Vs. 5 multo aptius scriberetur:

καὶ πάντας ἐννοοῦμεν ἐκπράξειν χερί,

nempe *τοὺς λόγους*. Verbum *συννοεῖν* huius loci non est.

Stob. LXVII, 3 *Ἀπολλωνίδου*·

Φεῦ φεῦ γυναῖκες, ὡς ἐν ἀνθρώποις ἄρα
οὐ χρυσός, οὐ τυραννίς, οὐ πλούτου χλιδὴ
τοσοῦτον εἶχε διαφόρους τὰς ἡδονάς,
ὡς ἀνδρὸς ἐσθλοῦ καὶ γυναικὸς εὐσεβοῦς
γνώμη δικαία καὶ φρονοῦσα τἄνδικα.

Meinekius ad h. l. adnotat: *paullo tolerabilius esset κοὐ φρονοῦσα τἄδικα, at fortasse τἀγαθὰ scribendum pro τἄνδικα.* Parum posteriore coniectura (nam de priore tacere praestat) proficere mihi videmur, siquidem *καὶ φρονοῦσα τἀγαθά* post *δικαία* vix minus languet quam *καὶ φρονοῦσα τἄνδικα.* Quid loci sententia requirat, optime docebit Homerus Odyss. VI, vs. 120:

οὐ μὲν γὰρ τοῦγε κρεῖσσον καὶ ἄρειον
ἢ ὅθ' ὁμοφρονέοντε νοήμασιν οἶκον ἔχητον
ἀνὴρ ἠδὲ γυνή.

Quem locum imitatur Euripides in Medea vs. 14 sq.:

ἥπερ μεγίστη γίγνεται σωτηρία,
ὅταν γυνὴ πρὸς ἄνδρα μὴ διχοστατῇ.

Similiter, credo, Apollonides scripserat:

οὐ χρυσός — τοσοῦτον εἶχε διαφόρους τὰς ἡδονάς,
ὡς ἀνδρὸς ἐσθλοῦ καὶ γυναικὸς εὐσεβοῦς
γνώμη δικαία καὶ φρονοῦσα ταὔτ' ἀεί.

Sic demum recte Stobaeus huic fragmento locum assignavit sub titulo: *ΟΤΙ ΚΑΛΛΙΣΤΟΝ ΓΑΜΟΣ.*

Stob. LI, 23 *Σωσιθέου ἐξ Ἀθλίου*·

Εἷς μυρίους ὄρνιθας ἀετὸς σοβεῖ,
λαῶν τε δειλῶν πλῆθος εὖ τραφεὶς ἀνήρ.

Oppositio suadere videtur, ut Sositheum dedisse putemus:

λαῶν τε δειλῶν πλῆθος εὐθαρσὴς ἀνήρ.

Diversam esse rationem loci Euripidei Iph. Taur. vs. 304 sq.

πρὸς εὐτραφεῖς γὰρ καὶ νεανίας ξένους
φαύλους μάχεσθαι βουκόλους ἡγούμεθα,

cadit in oculos. Ibi enim de corporis vigore, hic de animi alacritate sermo est. Simul monendum in usu fuisse adiectiva *ἀταρβής* et *εὐθαρσής*, non vero ratione inversa *εὐταρβής* neque *ἀθαρσής*. Hoc tantum invenitur apud sequiores, illud nusquam.

Athen. X, p. 420 B. *Λυκόφρων ὁ Χαλκιδεὺς γράψας σατύρους Μενέδημον*·

ἀλλὰ κυλίκιον
ὑδαρὲς ὁ παῖς περιῆγε τοῦ πεντωβόλου
ἀτρέμα παρεξεστηκός. κτέ.

Vertunt „vini vapidi *propemodum*" at hoc sensu Graecum est, quod haud dubie poetae reddendum: *ἠρέμα παρεξεστηκός*. Opponi solent *σφόδρα*, *παντελῶς*, similia. Sequuntur haec:

ὁ τ' ἀλιτήριος
καὶ δημόκοινος ἐπεχόρευε δαψιλὴς
θέρμος πενήτων καὶ τρικλίνου συμπότης.

Athen. II, p. 55 D. eundem locum afferens habet: *καὶ τρικλίνων συμπότης*. Si locus sanus esset, hinc efficeres *tricliniis* solos pauperes usos fuisse. At eadem in usu fuisse

etiam ditioribus in vulgus constat. Unde suspicio mihi subnata est, an forte Lycophron scripserit:

θέρμος πενήτων καὶ τριβώνων συμπότης.

Constat enim τὸν τρίβωνα fuisse philosophis apud Graecos proprium. Quam coniecturam non parum confirmant ipsa Athenaei verba, quae lib. II, p. 55 D versibus praemittit: Λυκόφρων ὁ Χαλκιδεὺς ἐν σατυρικῷ δράματι, ὃ ἐπὶ καταμωκήσει ἔγραψεν εἰς Μενέδημον τὸν φιλόσοφον, ἀφ' οὗ ἡ τῶν Ἐρετρικῶν ὠνομάσθη αἵρεσις, διασκώπτων τὰ τῶν φιλοσόφων δεῖπνά φησι, καὶ δημόκοινος κτέ.

In poeta autem Alexandrino, ut arbitror, nemo requiret observantiam pausae Porsonianae quae dicitur.

Obiter hic notandus est turpis error, quem inter plurimos alios commiserunt Fred. Car. Kraft et Corn. Müller in libro, qui inscribitur Real-Schul-Lexicon sic scribentes in v. MENEDEMUS „In sehr freundschäftliche Verhältnissen stand er mit Aratus, Lycophron u. Antagoras. Lycophron soll ihn sogar zum Gegenstande eines satyrischen Drama's gemacht haben, *in dem er gelobt wurde*", nisi forte credere mavis duumviros doctissimos, qui egregium illum librum iuventutis in usum ediderunt, scripsisse „*in dem er verspöttet wurde*," et lectionem vulgatam typothetarum deberi incuriae.

Stob. IX, 21 Φιλήμονος ἐν Παλαμήδει. (*Philiscus Palamede* Grotius):

τοῦ γὰρ δικαίου κἂν βροτοῖσι κἂν θεοῖς
ἀθάνατος ἀεὶ δόξα διατελεῖ μόνου.

Codd. et edd. μόνον, quod correxi.

CAPUT VI.

ANONYMORUM FRAGMENTA.

Apollod. 3, 1, 4: ἦν δ' ὁ λαβύρινθος, ὃν Δαίδαλος κατεσκεύασε·

οἴκημα καμπαῖς πολυπλόκοις πλανῶν ὁδόν.

Vulgo πλανῶν τὴν ἔξοδον, quod de coniectura mea mutavi. Meinekius primus tragici alicuius verba latere suspicatus est.

Male Wagnerus Aeschylo tribuisse videtur fragm. ap. Mich. Apost. p. 37 ed. Walz.:

Ἄκμων μέγιστος οὐ φοβεῖται τοὺς ψόφους,
καὶ νοῦς ἐχέφρων πᾶσαν ἕλκουσαν βίαν.

Vel si propter violatam pausam Porsonianam vs. 1 veteri tragico hoc fragm. non esset abiudicandum, satis opinor non summo poetae sed misello nescio cui poestastro tribuendum esse arguerent ipsa verba. Cur, cedo, ἄκμων dicitur μέγιστος? cur articulus additur ad ψόφους? num (vs. 2) καὶ potest adhiberi pro οὐδέ, quod procul dubio loci sententia postulat? denique quid est ἕλκουσα βία? Quid horum versuum auctor voluerit, satis apparet; nec procul absum, quin Aeschylum scilicet nostrum vs. 1 dedisse putem.

Ἄκμων μεγίστους οὐ φοβεῖται τοὺς ψόψους.

Lubet h. l. adscribere versus nonnullos, qui, quamquam recentissima aetate procusos esse certis argumentis evinci possit, nihilominus a Wagnero, parum idoneo talium iudice, inter anonymorum tragicorum reliquias collocati sunt.

1. Fr. XXIII γαστὴρ παχεῖα λεπτὸν οὐ τίκτει νόον. Poetae Attici in senariis constanter utuntur forma contracta νοῦν.

2 Fr. XXVIII *ἕλκος γὰρ πέλει τῆς ἀληθείας φθόνος.* Frustra Wagn. corrigit *πέλει γάρ;* nam versus est procul dubio politicus. Ad idem genus refero versum ap. Mich. Apost., quem memorat W. sub XXV: *γυναικὸς αὐδὴ θάνατος νεωτέροις.*

3 Fr. XXXIV *Ἱκανῶς βιώσεις γηροβοσκῶν τοὺς γονεῖς.* Hunc tamen versum *dubitanter* recepit, quippe qui canoni Porsoniano adversetur. Dubitandum non erat; nam etiam *βιώσεις* pro *βιώσει* recentis aetatis est indicium.

4 Fr. XLIV *φύσει γὰρ ἐχθρὸν τὸ δοῦλον τοῖς δεσπόταις.* Frustra metrum corrigitur, nam est vs. politicus.

5 XLV. *χρυσοῦ λαλοῦντος πᾶς ἀπρακτείτω* (l. *—ται*) *λόγος,*
πείθειν γὰρ οἶδε καὶ πέφυκε μὴ λέγειν.

Recens aevum prodit *λαλεῖν* pro *λέγειν* usurpatum et sententia pessime concepta verbis.

6. Sequioris aevi poetastro tribuo versus ap. auct. compar. Men. et Phil. p. 351, in quibus emendandis scil. oleum et operam perdunt viri docti:

ὃ δεῖ παθεῖν σε μηδαμοῦ σκέψῃ φυγεῖν,
οὐ γὰρ δυνήσῃ φεύγειν, ὅ σε δεῖ παθεῖν,
τὸ πεπρωμένον γὰρ οὐ μόνον βροτοῖς
ἄφευκτόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανόν.

Diductis literis significavi, quae a vetere poeta vel valde mediocri profecta esse nequeunt. Praeterea vs. 3 elumbis est.

Versum ap. Cram. An. Gr. Ox. I p. 83, 30.

Ἀλλ' ἀντόμεθα πρὸς Ζηνὸς Ὀλυμπίου

Schneidewinus rescripsit in hunc modum:

Ἀλλ' ἀντόμεσθα πρὸς Διὸς τοὐλυμπίου.

me iudice parum probabiliter, quia quomodo *Διός* in rariorem minusque notam librariis formam abire potuerit, non perspicitur. Ipse dochmios latere puto sic restituendos:

ἀλλ'
ἀντόμεθ' ὦ σε πρὸς Ζηνὸς Ὀλυμπίου.

Antiqui tragici versum ap. Doxopatr. Homil. in Aphton. ap. Walz. Rhett. II p. 291, 22:

τὸ τῆς ἀνάγκης — υ ἰσχυρὸν ζυγὸν

vix melius corrigas quam scribendo:

τὸ τῆς ἀνάγκης ἐστὶν ἰσχυρὸν ζυγόν,

collato vs. Aeschyleo e Prometheo:

τὸ τῆς ἀνάγκης ἐστ' ἀδήριτον σθένος.

Cic. ad. Att. 14, 22, 2 *itaque me Idus Martiae non tam consolantur, quam antea. Magnum enim mendum continent. Etsi illi iuvenes* ἄλλοισιν ἐσθλοῖς τόνδ' ἀπωθοῦνται ψόγον. Vulgo male scribitur ἄλλοις ἐν ἐσθλοῖς, quod correxi.

Herod. π. σολοικ. in Anecd. Boiss. vol. 3, p. 253 servavit hunc veteris poetae iambum:

Γαμεῖ δ' ὁ μὲν δὴ Τυνδάρεω κόρην μίαν.

optimum, dummodo rescribatur: κορῶν μίαν; nam quod vulgatur significaret, eum *unam* non *duas* Tyndarides duxisse uxores.

Corrupto codice usus esse videtur Herodianus π. σολοικ. in Anecd. Boiss. vol. 3, p. 246, ubi scribit: αἰτιατικὴν ἀντὶ δοτικῆς »χεῖρας δὲ Τρώων ὅπλ' ἔδωκαν Ἑλλάδος« ἀντὶ τοῦ δοτικῇ χρήσασθαι χερσὶν δὲ Τρώων ὅπλ' ἔδωκαν. Suspicor: χήρας δὲ Τρώων ὅπλ' ἔθηκαν Ἑλλάδος (γυναῖκας) i. e. *Troianorum uxores viduas reddidere Graeciae arma*, vel lenius etiam sic: χήρας δὲ Τρώων ὅπλ' ἔδωκαν Ἑλλάδι i. e. *viduas autem Troianorum arma* (i. e. ius belli) *dederunt Graeciae.*

Plut. de adul. et amic. 6, p. 57 *E:*

Γέρων γέροντι γλῶσσαν ἡδίστην ἔχει,

παῖς παιδί, καὶ γυναικὶ πρόσφορον γυνή,

νοσῶν τ' ανὴρ νοσοῦντι, καὶ δυσπραξίᾳ
ληφθεὶς ἐπῳδός ἐστι τῷ πειρωμένῳ.

Nihil evidentius quam horum versuum auctorem (sive Euripides, sive alius fuerit) scripsisse:

καὶ δυσπραξίᾳ
ληφθεὶς ἐπῳδός ἐστι τἀπορουμένῳ.

Nam sic demum *δυσπραξίᾳ ληφθείς* habebit quod sibi eodem modo respondeat quo *γέρων γέροντι, παῖς παιδί, γυνὴ γυναικὶ* et *νοσῶν νοσοῦντι.*

Plut. de fortit. 30 p. 117, *A. πρὸς οὓς ὑποτυχὼν ἄν τις εἴποι·*

θεὸς δέ σοι πῆμ' οὐδέν, ἀλλ' αὐτὸς σὺ σοι.

Wagnerus doctrinae suae praestantiam egregie probat hac adnotatione: *Euripidi versum tribuam cum propter sigmatismum, tum propterea quod omnes, qui apud Plut. praecedunt, versus Euripidis sunt.*

Inter nostrates philologos vix quemquam fugere puto versum esse nobilissimum Sophocleum ex Oedipo rege:

Κλέων δέ σοι πῆμ' οὐδέν, ἀλλ' αὐτὸς σὺ σοι.

Multo magis miror in similem errorem incidisse Nauckium, inter *adespota* (224) referentem versus, quos servavit *Ioh. Dam.* post Stob. Ecl. p. 717, 28:

οὐκ εὖ λέγειν χρὴ μὴ 'πὶ τοῖς ἔργοις καλοῖς,
οὐ γὰρ καλὸν τόδ' ἀλλὰ τῇ δίκῃ βαρύ.

Leguntur enim totidem vocabulis apud Eurip. Phoen vs. 526, 27. Recte perspexit vs. 1 coruptum esse, male *tamen* coniiciens: *εἴ τι τῶν ἔργων καλόν.* Multo enim lenius possis: *μὴ καλοῖς ἔργοις ἔπι.* Vulgata lectio ex interpretamento fluxisse videtur. Vs. 2 pro *βαρὺ* apud Eurip. legitur *πικρόν.*

Plut. Amat. 15, 6 p. 758 B qui laudantur versus in hunc modum suppleverim:

Οὐ γάρ με Νὺξ ἔτικτε δεσπότην λύρας,
οὐ μάντιν, οὐδ' ἰατρόν, ἀλλ' (ἐμὸν γέρας)
θνητῶν ἅμα ψυχαῖσ(ιν εἰς Ἅιδου περᾶν).

Sext. Empir. in Disputt. Antiscept. ap. Fabr. Bibl. Gr. V, 7 p. 623:

Ὄψει διαθρῶν οὐδὲν ἂν πάντῃ καλὸν
οὐδ' αἰσχρόν· ἀλλὰ ταῦτ' ἐποίησεν λαβὼν
ὁ καιρὸς αἰσχρὰ καὶ διαλλάξας καλά.

Soloecismum, qui est in vs. 1, facile tollas rescribendo *οὐδὲ ἕν*, sed praeterea metrum requirit: *ὄψει δὲ διαθρῶν*. Versus enim haud dubie e comoedia nova desumpti sunt, ipso Menandro, ut videntur, non indigni.

Fragmentum distichon, quod affert Plutarchus in libello *an seni gerenda sit resp.* 9, p. 789 *A*:

τίς ἄν σε νύμφη, τίς δὲ παρθένος νέα
δέξαιτ' ἄν; εὖ γ' οὖν ὡς γαμεῖν ἔχεις, τάλας.

sitne ex tragoedia an e comoedia desumptum, ambigant viri docti, quamvis sit nullus dubitandi locus, siquidem *soli tragici* utuntur in vocativo forma *τάλας*, comici contra constanter *τάλαν* v. c.: Plut. 1055 Arist:

Α βούλει διὰ χρόνου πρός με παῖσαι; Β ποῖ, τάλαν.

Egregie igitur fallitur Matthiaeus locum ex Strattidis comici Philocteta deprornptum esse putans. (cf. Plut. verba, quae praecedunt).

Stob. Ecl. Phys. I, 4, 41 p. 128 H:

Μόνη 'στιν ἀπαραίτητος ἀνθρώποις Δίκη.

Sic ex emendatione Grotii pro *θνητοῖς* dedit Wagnerus (an. fr. CCVII). Fortasse recte. Nescio tamen an potius *θνητοῖς* vitio natum esse ex *ἐν θεοῖς* iudicandum sit.

Clem. Alex. Strom. III, p. 520 — *καὶ ἔθ' ὁμοίως·*

. . ἔμοιγε νῦν τε καὶ πάλαι δοκεῖ·
παῖδας φυτεύειν οὔποτ' ἀνθρώπους ἐχρῆν,
πόνους ὁρῶντας εἰς ὅσους φυτεύομεν.

Vs. 1 libri exhibent: *ἐμοὶ γένοιτο καὶ πάλαι δοκεῖν*, quae optime sanavit Grotius. Fortasse supplendum:

οὕτως ἔμοιγε — δοκεῖ.

Post *ὁμοίως* certe facile *οὕτως* exidere potuisse, manifestum est.

Schol. Soph. El. 1437 *δι' ὠτὸς ἂν παῦρά γε· μὴ ἀνατεταμένως φθέγγεσθαι, ἀλλ' ἐλαφρῶς·*

ἐν τῷ λαλεῖν δεῖ μηδὲ μηκύνειν λόγον.

Nauckius *ἔν τοι λαλεῖν* ci., non reputans *λαλεῖν* apud antiquos *garriendi* habere significatum, itaque absurdum esse *ἐν λαλεῖν*. Scholiasta procul dubio hunc versum affert ad illustrandam locutionem Sophocleam *δι' ὠτός*; quare suspicor reponendum esse:

ἐς τοὖς λέγειν δεῖ — λόγον.

In *λαλεῖν* tamen fortasse aliud quid latet, *ἐς τοὖς* verum esse non dubito. Apud Sophoclem Philoct. 110 scripserim: *πῶς οὖν βλέπων τις ταῦτα τολμήσει λακεῖν*; ubi vulgatur *λαλεῖν*.

Plut. Moral. p. 1108 B:

ὑπέρ γε μέντοι παντὸς Ἑλλήνων ϛρατοῦ
αἰσχρὸν σιωπᾶν, βαρβάρους δ' ἐᾶν λέγειν.

E Quinctil. Inst. 3, 1, 14 apparet e *Philoctete* fabula hos versus sumptos esse, ex Cicerone de Orat. III, 35, 141 ab ipso Philoctete fuisse pronuntiatos. Graecorum igitur qui hic memoratur excercitus vix alius esse potest, quam qui expugnavit Troiam. His positis, mihi quidem obscurissimum est, cur additum sit adiectivum *παντός*. Manum poetae, quem Euripidem esse sunt qui probabiliter suspicentur, restitues fortasse scribendo:

ὑπέρ γε μέντοι τοῦ Πανελλήνων ςρατοῦ
αἰσχρὸν σιωπᾶν βαρβάρους δ' ἐᾶν λέγειν.

Comparari poterit v. c. Iph. Aul. 350.

Vulgatam lectionem originem debere puto huiusmodi librorum scripturae:

τοῦ
ὑπέρ γε μέντοι πανελλήνων ςρατοῦ.

Schol. Ar. Av. 1647 (*δεῦρ' ὡς ἔμ' ἀποχώρησον, ἵνα τί σοι φράσω*) *δεῦρ' ὡς ἔμ' ἀποχώρησον*] *ὅτι ὅμοιον τῷ τόπῳ ἐκείνῳ·*

δεῦρ' ἐλθέ· σὺν σοὶ τἄλλα βούλομαι φράσαι.

Verbum *φράζειν* numquam Graece ponitur pro *φράζεσθαι* i. e. *deliberare;* itaque *φράσαι σύν τινί τι* ne cogitari quidem potest.

Nisi egregie fallor, tragico lenissima mutatione reddendum:

δεῦρ' ἔλθ' ἐς οὖς σοι τἄλλα βούλομαι φράσαι.

Quam verissimam emendationem debeo loco Eurip. Ion. 1521.

δεῦρ' ἔλθ' ἐς οὖς σοι τοὺς λόγους εἰπεῖν θέλω

quem, nihil ut videtur suspicatus, Nauckius (Adesp. fr. 363) conferre lectorem iubet. Quicunque vero noverit, apud Euripidem l. l. praecedere hunc versum:

τὰ δ' ἄλλα πρὸς σε βούλομαι μόνον φράσαι,

non dubitabit mecum statuere Grammaticum hunc ipsum afferre Ionis locum, sed memoriae lapsu unum versum fecisse e

duobus; itaque hunc locum quantocyus e fragmentorum collectionibus esse eximendum.

Stob. Ecl. Phys. I, 3, 13 p. 34.

θεοῦ θέλοντος μέτα πάντα γίγνεται.

Iacobsius ἔργματα, Wagnerus μέτα τά, Nauckius ἀνυτά ci Inter quos viros doctos solus Nauckius, quid sententia requirat, perspexisse videtur, sed obtrudit poetae vocabulum contra omnem analogiam fictum a se ipso. Graecum est ἀνυςόν (cf. v. c. Eurip. Heracl. 961), non ἀνυτόν. Verum illud metrum non patitur. Quidni igitur potius ci.:

θεοῦ θέλοντος δυνατὰ πάντα γίγνεται?

Stob. Ecl. I, 2, 22, p. 40.

νῦν οὐκέτι μοι δίχα θυμὸς
ἀλλὰ σαφὴς, ὅτι καὶ τὰ βροτοῖς
Ζεὺς ἐπικάρσια τέμνει
καθελὼν μὲν δοκέοντ'
ἀδόκητον δ' ἐπαείρων.

Vs. 2 scripserim: *ὅτι κάρτα βροτοῖς Ζεὺς ἐπικάρσια τέμνει*, i. e. *consilia Iovis mortalibus esse admodum obscura.*

Stob. Flor. XXXII, 3:

κακὴ γὰρ αἰδὼς ἔνθα τἀναιδὲς κρατεῖ.

Lego: *κακὸν γὰρ κτὲ.*

Pseudocallisth. II, 16, p. 73 b.

τὸ μέλλον οὐδεὶς ἀσφαλῶς ἐπίςαται·
ἡ γὰρ τύχη βραχεῖαν ἣν λάβῃ ῥοπήν,
ἢ τοὺς ταπεινοὺς . . . . . .
ἢ τοὺς ἀφ' ὕψους εἰς ζόφον κατήγαγεν.

Imo vero ἢ τοὺς ἐφ' ὕψους κτὲ, nam opponuntur οἱ ταπεινοί.

Stob. Flor. LI, 13.

κρεῖττόν τ' ἀμύνειν· κατθανεῖν γὰρ εὐκλεῶς
ἢ ζῆν θέλοιμ' ἂν δυσκλεῶς. [*γε κατθανών*]

Expunxi scioli additamentum, quod frustra Nauckius corrigit scribendo *μὴ κατθανών;* quae verba forent supervacua.

Antiphon in Stob. Flor. LXVIII, 37 sic scribit: *Φέρε δὴ προσελθέτω ὁ βίος εἰς τὸ πρόσθεν καὶ γάμων* [*καὶ γυναικὸς*] *ἐπιθυμησάτω, αὕτη ἡ ἡμέρα αὕτη νὺξ καινοῦ δαίμονος ἄρχει καινοῦ πότμου, μέγας γὰρ ἄγων γάμος ἀνθρώπῳ. εἰ γὰρ τύχοι μὴ ἐπιτηδεία ἡ ἀγομένη, τί χρὴ τῇ συμφορᾷ χρῆσθαι; χαλεπαὶ μὲν ἐκπομπαί, τοὺς φίλους ἐχθροὺς ποιῆσαι ἴσα φρονοῦντας ἴσα πνέοντας, ἀξιώσαντα καὶ ἀξιωθέντα κτέ.*
Acute Gaisfordius perspexit poëtae alicuius esse verba:

καινοῦ
δαίμονος ἄρχει καινοῦ πότμου.

Plura autem fortasse in vicinia eidem poetae sublecta sunt. Animi causa conieci:

τοῦτο γὰρ
ἦμαρ καὶ νὺξ αὕτη καινοῦ
δαίμονος ἄρχει, καινοῦ πότμου·
δεινὸς γὰρ ἀγὼν γάμος ἀνθρώπῳ.

Conferatur Eurip. Troad. 204 sq.:

ἢ λέκτροις πλαθεῖσ' Ἑλλάνων
ἔρροι νὺξ αὕτα καὶ δαίμων κτέ.

Ceterum Antiphontis verba misere laborant. Vs. 2 delevi post vocabula *καὶ γάμων* turpe additamentum *καὶ γυναικός.* A reliquis manus abstinere satius esse iudicavi.

CAPUT VII.

CONIECTURAE IN AESCHYLUM.

Prometheι vs. 43: ἄκος γὰρ οὐδὲν τόνδε θρηνεῖσθαι κτέ. Immo: ἄ. γ. ο. τῷδε κτέ. Cod. Med. a 1 m. τῶνδε.

Ibid vs. 87: αὐτὸν γάρ σε δεῖ Προμηθέως,
ὅτῳ τρόπῳ τῆσδ' ἐκκυλισθήσει τέχνης.

Obtemperatum oportuit Elmsleio reponenti προμηθίας. Contra male receptum videtur τέχνης pro antiquiorum editionum lectione τύχης, quam Lucianum Prom. 2 ante oculos habuisse verisimile est scribentem: ἐκεῖνο δέ γε θαυμάζω, πῶς, μάντις ὤν, οὐ προεγίγνωσκες οὕτω κολασθησόμενος.

Vs. 204: δίδαξον ἡμᾶς, εἴ τι μὴ βλάπτει λόγῳ. Num forte εἴ τι μὴ δάπτει λόγῳ? Cf. vs. 446: συννοίᾳ δὲ δάπτομαι κέαρ et Soph. O. R. 681: δάπτει δὲ τὸ μὴ 'νδικον.

Vs. 350:

ἀτὰρ
μηδὲν πόνει· μάτην γὰρ οὐδὲν ὠφελῶν
ἐμοὶ πονήσεις, εἴ τι καὶ πονεῖν θέλεις·
ἀλλ' ἡσύχαζε·

Haec oratio ita inepte verbosa est, ut Aeschylum non agnoscam. Suspicor in his grassatum esse interpolatorem, manum autem tragici fuisse hanc:

ἀτὰρ
μηδὲν πόνει σύ μοι, πονήσεις γὰρ μάτην,
ἀλλ' ἡσύχαζε.

Vs. 378:

τοιόνδε Τυφὼς ἐξαναζέσει χόλον
θερμοῖς ἀπλήστου βέλεσι πυρπνόου ζάλης.

Ἄπληστος ζάλη ne cogitari quidem potest. Haud absurde Schützius ἀπλάτου coniecit. Lenius tamen scripseris ΑΠΛΑΥΣΤΟΥ pro ΑΠΛΗΣΤΟΥ.

Vs. 482: *πέπονθας αἰκὲς πῆμ'· ἀποσφαλεὶς φρενῶν πλανᾷ· κακὸς δ' ἰατρὸς ὥς τις, εἰς νόσον πεσὼν ἀθυμεῖς, καὶ σεαυτὸν οὐκ ἔχεις εὑρεῖν ὁποίοις φαρμάκοις ἰάσιμος.*

Acute Hermannus vidit *πλανᾷ* a librariis integrandis versibus additum esse. Minime tamen mihi placet id, quod ipse supplet, sic locum constituens:

πέπονθας — φρενῶν,
κακὸς — πεσὼν
κακοῖς ἀθυμεῖς — ἔχεις
εὑρεῖν — ἰάσιμος.

Nam tum *κακοῖς* inutile est et invenustum propter praegressum *κακός*, tum aliud est vocabulum, quod a recte cogitantibus in verbis Aeschyleis, ut nunc habent, desiderabitur. Ego scripserim:

πέπονθας — φρενῶν,
κακὸς δ' ἰατρὸς ὥς τις αὐτὸς εἰς νόσον
πεσὼν ἀθυμεῖς κτέ.

Praeterea offendo in omissa secunda persona verbi *εἶναι* ad *ἰάσιμος*. An forte scribendum *ἰατὸς εἶ*?

Vs. 487: *διώρισ', οἵτινές τε δεξιοὶ φύσιν,*
εὐωνύμους τε, καὶ δίαιταν ἥντινα
ἔχουσ' ἕκαστοι καὶ πρὸς ἀλλήλους τίνες
ἔχθραι τε καὶ στέργηθρα καὶ ξυνεδρίαι.

Oratio soloeca; reponendum:

τίνας
ἔχθρας τε καὶ στέργηθρα καὶ ξυνεδρίας,

nempe *ἔχουσιν.*

Vs. 789: *γαμεῖ γάμον τοιοῦτον, ᾧ ποτ' ἀσχαλᾷ.* Requiro tempus Futurum *ἀσχαλεῖ* a verbo *ἀσχάλλειν.*

Vs. 315: *ὅταν περάσῃς ῥεῖθρον ἠπείρων ὅρον.* Dicit Hellespontum, Asiae Europaeque terminum; quare malim: *ἠπείροιν ὅρον.*

Vs. 1010: *ἢ κἀμὲ γάρ τι ξυμφοραῖς ἐπαιτιᾷ.* Non dudum correctum esse *ξυμφορᾶς ἐπαιτιᾷ*!

Sept. adv. Theb. vs. 115: *δοχμολόφων ἀνδρῶν*. Fortasse *λοχμολόφων* scribendum cl. 384.

Vs. 306: *καὶ πόλεως ῥύτορες*
εὔεδροι τε στάθητ'
ὀξυγόοις λιταῖσιν.

In strophe vs. 288 sq. respondent haec:
παντὶ τρόπῳ Διογενεῖς
θεοὶ πόλιν καὶ στρατὸν
Καδμογενῆ ῥύεσθε.

Ergo legendum:
καὶ πόλεως ῥύτορες ἔστ'
εὔεδροι κτέ.

Cod. Med. *ῥύτορες*, edd. *ῥυτῆρες*.

Vs. 424: *θεοῦ τε γὰρ θέλοντος ἐκπέρσειν πόλιν*
καὶ μὴ θέλοντός φησιν, οὐδὲ τὴν Διὸς
ἔριν πέδῳ σκήψασαν ἐμποδὼν σχεθεῖν.

Blomfieldius recte *φησι, κοὐδέ*. Sed praeterea requiritur *κοὐδ' ἂν τὴν Διὸς κτέ*. De *ἔριν* an sanum sit vehementer dubito. Speciose Tyrwittus *Ἶριν* coniecit, cl. Il. O 58.

Vs. 435: *τοιῷδε φωτὶ πέμπε τίς ξυστήσεται.* Scripserim: *τοιῷδε φωτὶ δ' εἰπὲ τίς ξυστήσεται.* Vulgata lectio soloeca est.

Vs. 560: *ἔξωθεν εἴσω τῷ φέροντι μέμψεται.* Intelligam: *ὠσθεῖσα δ' ἔξω* (scil. *ἡ ἀσπίς*) *τῷ φέροντι μέμψεται.* Opponitur 557: *ἔσω πυλῶν ῥέουσαν κτέ.* Cf. Prom. 665.

Vs. 607 libri variant inter *ἐκδίκως* et *ἐνδίκως*. Verum videtur: *ταυτοῦ κυρήσας εἰκότως ἀγρεύματος* i. e. *ut consentaneum est*. Cf. Suppl. 403.

Vs. 909: *δόμων μαλαχάεσσα τοὺς προπέμπει*
δαϊκτὴρ γόος. κτέ.

Sic man. pr. in optimo cod. Medic., unde elicio, quod et metro et sententiae solum satisfacit, nempe:
δόμων μάλ' ἀχὰν ἐς τοὺς προπέμπει
δαϊκτὴρ γόος κτέ.

Versui antistrophico non sum emendando.

Persarum vs. 51:

Μάρδων, Θάρυβις, λόγχης ἄκμονες
καὶ ἀκοντισταὶ Μυσοί.

Aeschylum vocabulo Homerico usum esse puto et dedisse *λόγχης αἵμονες* i. e. *periti.*

Vs. 168: Corruptum est *πλοῦτος.*

Vs. 223: *τὰ δ' ἀγάθ' ἐκτελῆ γενέσθαι σοί τε καὶ τέκνοις σέθεν.* Rescribatur *τέκνῳ* i. e. *Xerxi*, cll. 227 et 232.

Vs. 252 sq.: *τοῦδε γὰρ δρόμημα φωτὸς Περσικὸν* (l. *Περσικοῦ* cum Blomf.) *πρέπει μαθεῖν·*

καὶ φέρει σαφές τι πρᾶγος ἐσθλὸν ἢ κακὸν κλύειν.

Arena sine calce! Lege: *μαθεῖν, εἰ φέρει κτέ.* i. e. *μαθητέον, εἰ ὅδε ὁ Πέρσης φέρει ἀγγελίαν τινὰ σαφῆ κτέ.*

Vs. 287 sq.: *ὡς πάντα παγκάκως θεοὶ*
ἔθεσαν αἰαῖ στρατοῦ φθαρέντος.

Suspicor: *ἔκτισαν ἃ στρατιᾶς φθαρείσης*, ut metrum conveniat cum vs. antistrophico: *ἔκτισαν εὔνιδας ἠδ' ἀνάνδρους.*

Vs. 360: *ναυσὶν—τινά.* Versus mihi suspectus; cf. 360.

Vs. 386: *τάξις δὲ τάξιν παρεκάλει νεὼς μακρᾶς.* Exspectaveris: *νεῶν μακρῶν.*

Vs. 459 sqq.: *πικρὰν δὲ παῖς ἐμὸς τιμωρίαν*
κλεινῶν Ἀθηνῶν εὗρε, κοὐκ ἀπήρκεσαν
οὓς κτέ.

Graecum est: *τιμωρίαν — εὗρετ' οὐδ' ἀπήρκεσαν.*

Vs. 488: *Θεσσαλῶν πόλισμ'.* Recte Med. *πόλις* i. e. *πόλεις.*

Vs. 490: *οἱ μὲν — δίψῃ πονοῦντες, οἱ δ' ὑπ' ἄσθματος κενοί.* Suspicor: *οἱ δ' ἀπαστίᾳ κενοί.*

Vs. 595: *οὐδ' εἰς γᾶν προπίτνοντες ἄρξονται.* Lege *ἄρχονται* propter praecedentia: *περσονομοῦνται* et *δασμοφοροῦσιν.*

Vs. 630: *σύ τε πέμπε χοὰς θαλάμους ὑπὸ γῆς.* Verius puto *θαλάμας* i. e. *latebras.* Cf. Herc. Fur. 807, Bacch. 561, Phoen. 938.

Vs. 671: *δεσπότα δεσπότου, φάνηθι.* An *δέσποτα δέσποτ' ὦ φάνηθι?*

Vs. 784: εὖ γὰρ σαφῶς τόδ' ἴς'. Lege ἦ γὰρ σαφῶς κτἑ. et 785 pro ἅπαντες malim σύμπαντες.

Vs. 809: θεῶν βρέτη ἥδοῦντο συλᾶν. Praeplaceret mihi ἥζοντο.

Vs. 840: πάντα γὰρ
κακῶν ὑπ' ἄλγους λακίδες ἀμφὶ σώματι
ςημορραγοῦσι ποικίλων ἐσθημάτων.

Suspicor: κάρτα γάρ κτἑ.

Vs. 849 sq. conieci:
ἀλλ' εἶμι δή, λαβοῦσα κόσμον ἐκ δόμων,
οὐ γὰρ τὰ φίλτατ' ἐν κακοῖς προδώσομεν.

expuncto vs. 850, qui diversis modis scribitur in codd. Spurius esse videtur et fictus ex 834. Fraudem arguit πειράσομαι.

Agamemnonis vs. 14 sq.:
φόβος γὰρ ἀνθ' ὕπνου παραςατεῖ
τὸ μὴ βεβαίως βλέφαρα συμβαλεῖν ὕπνῳ.

Aut vs. 15 spurius est, aut, quod verosimilius esse puto, scribendum: φόβος γὰρ ἀντίπνους παραςατεῖ, τὸ μὴ κτἑ.

Vs. 272: τί γὰρ τὸ πιςὸν ἐςι τῶνδέ σοι τέκμαρ; Clyt. ἔςιν, τί δ' οὐχί, κτἑ. E responso apparet in quaestione rescribendum esse: ἦ γάρ τι πιςόν ἐςι κτἑ.

Vs. 332: ἔρως δὲ μή τις πρότερον ἐμπίπτῃ ςρατῷ
ποθεῖν, ἃ μὴ χρή, κέρδεσιν νικωμένους.

Non habet πρότερον quo referatur; non enim solum per se significare potest, *priusquam redeant*; quare coniicio: ἔρως δὲ μὴ πόνηρος κτἑ.

Vs. 345: θεοῖς δ' ἄν, ἀπλάκητος εἰ μόλοι ςρατός,
ἐγρηγορὸς τὸ πῆμα τῶν ὀλωλότων
γένοιτ' ἄν, εἰ πρόσπαια μὴ τύχοι κακά.

Intelligam: γένοιτο, καὶ πρόσπαι', ἃ μὴ τύχοι, κακά.

Vs. 353: θεοὺς προσειπεῖν εὖ παρασκευάζομαι. Pro εὖ legendum αὖ. Cf. vs. 317.

Vs. 364: ὅπως ἂν
μήτε πρὸ καιροῦ μήθ᾽ ὑπὲρ ἄστρων
βέλος ἠλίθιον σκήψειεν.

Num forte ὑπὲρ αἶσαν κτἑ?

Vs. 537: διπλᾶ δ᾽ ἔτισαν Πριαμίδαι θἀμάρτια. Immo διπλῆ.

Vs. 520: εἴ που πάλαι, φαιδροῖσι τοισίδ᾽ ὄμμασι
δέξασθε κόσμῳ βασιλέα πολλῷ χρόνῳ.

Ut olim Pauwius, ego quoque haereo in κόσμῳ, quod frustra defenditur cl. Pers. 406 ἡγεῖτο κόσμῳ, qui locus cum hocce commune habeat nihil. Nec tamen probo Pauwii coniecturam νόςῳ proponentis; nam νόςῳ δέχεσθαί τινα vix Graecum esse arbitror. Magis mihi placeret: δέξασθ᾽ ἑτοίμως i. e. *libenter* vel ἑτοῖμοι β. π. χ. Pro εἴ που, quod de Stanleii coniectura receptum est pro ἦ που, nescio an non melius reponatur εἴ ποτε, quod certe in precibus est usitatius. Sequitur 522 sq:

ἥκει γὰρ ὑμῖν φῶς ἐν εὐφρόνῃ φέρων
καὶ τοῖσδ᾽ ἅπασι κοινὸν Ἀγαμέμνων ἄναξ.

Vocabula Ἀγαμέμνων ἄναξ ita sunt supervacanea, ut dubitem, an sit hic vs. genuinus.

Vs. 822: ἐπείπερ καὶ πάγας ὑπερκόπους
ἐπραξάμεσθα, καὶ γυναικὸς οὕνεκα
πόλιν διημάθυνεν Ἀργεῖον δάκος.

Vulgo probatur Scholiastae interpretatio, ex qua alluditur ad proverbium: ἐνσχεθεὶς ταῖς πάγαις ἃς ἄλλοις ὕφηνε (τις). Vide Blomf. ad. h. l. Fateor tamen me neutiquam intelligere, quid sit πάγας πράττεσθαι easque ὑπερκόπους. Ne multa: suspicor subesse mendum pervetustum, et olim lectum fuisse:

ἐπείπερ ἁρπαγὰς ὑπερκόπους
— ἐπραξάμεσθα

i. e. *quandoquidem insolentissimum raptum* (Helenae scil.) *ulti sumus*. Nam breviloquentia quadam Graece dicitur πράττειν, ἐκπράττειν et ἐκπράττεσθαι φόνον pro δίκην φόνου. Cf. v. c. Eumen. vs. 624. Nescio tamen, an πράττεσθαι eodem sensu adhibeatur; quare fortasse praestat: ἁρπαγὰς ὑπερκόπους

ἐπραξαμέν τε καὶ γυναικὸς οὕνεκα κτἑ. His scriptis, video Tyrwhittum iam coniecisse *χάρπαγάς;* quod etiam mihi venerat in mentem, sed repudiaveram, propterea quod duplex *καὶ* et ipsum offensione non videbatur carere. Ego corruptelam sic animo mihi fingo: *ἐπείπερ ἁρπαγάς* proclivi errore abierat in *ἐπείπερ παγάς*, quo facto corrector ad fulciendum labens metrum de suo interposuit *καί*. Eadem causa fuerit, cur *ἐπράξαμέν τε* in *ἐπραξάμεσθα* sit refictum.

Vs. 960. *κηλῖδα παγκαλνιςον εἱμάτων βαφάς.* Vocabulum nihili *παγκαλνιςον* mutaverim in *παγκάλλιςον*, quod eodem iure dici posse arbitror atque *παγκάκιςος*.

Vs. 1137: *τὸ γὰρ ἐμὸν θροῶ πάθος ἐπεγχέασα.* Tam sententia quam metrum postulat: *ὑπ' ἔγχεος*. Cf. vs. 1140 *ἐμοὶ δὲ μίμνει σχισμὸς ἀμφήκει δορί.* Ex qua emendatione duo prodibunt dochmii, quales exstant in vs. antistrophico 1147.

Vs. 1170 sq.: *οὐδὲν ἐπήρκεσαν*
τὸ μὴ πόλιν μὲν ὥσπερ οὖν ἔχει παθεῖν.

Lege: *τὸ μὴ οὐ πόλιν κτἑ.*

Vs. 1174: *καὶ τίς σε κακοφρονῶν τίθη-*
σι δαίμων ὑπερβαρὴς ἐμπίτνων
μελίζειν πάθη γοερὰ θανατοφόρα;
τέρμα δ' ἀμηχανῶ.

De tribus ultimis verbis iure dici potest id ipsum, quod illa significare aiunt interpretes: *postrema vero non intelligo.* At tu, candide lector, in posterum mecum leges:

μελίζειν πάθη γοερὰ θανατοφόρα
τερπνὰ δ' ἀμηχανᾶν,

quae correctio habet omnes numeros veritatis, neque eget, credo, interprete.

Vs. 1207: *ἦ καὶ τέκνων εἰς ἔργον ἠλθέτον νόμῳ.* Scribendum esse *ἠλθέτην ὁμοῦ* ante me vidit Butlerus, cui tamen nemodum obtemperavit.

Vs. 1226: *ἐμῷ—ζυγόν.* Hunc versum lubens deleverim; deinde

lego: *νεῶν δ' ἔπαρχος κτέ.* pro *νεῶν τ' κτέ.* Sequuntur haec:

οὐκ οἶδεν οἷα γλῶσσα μισητῆς κυνὸς
λέξασα κἀκτείνασα φαιδρόνους, δίκην
ἄτης λαθραίου, τεύξεται κακῇ τύχῃ.

Plura in his corrupta, quibus non sum emendandis; sed *τεύξεται* e *τέξεται* depravatum esse vix dubito.

Vs. 1244: *κλύοντ' ἀληθῶς οὐδὲν ἐξῃκασμένα.* Malim: *ἀληθῆ κοὐδὲν κτέ.*

Vs. 1260 sqq.: *κτενεῖ με τὴν τάλαιναν· ὡς δὲ φάρμακον*
τεύχουσα κἀμοῦ μισθὸν ἐνθήσειν κότῳ
ἐπεύχεται θήγουσα φωτὶ φάσγανον,
ἐμῆς ἀγωγῆς ἀντιτίσασθαι φόνον.

An: *τεύχουσα κἀμοῦ μῖσος ἐνθήσειν κότῳ*
ἐπεύχεται—φάσγανον,

deleto vs. 1203: *ἐμῆς—φόνον?* Sensus erit: *interficiet me miseram; et quasi parans venenum, odium se quoque mei irae suae* (in maritum) *admixturam esse iactat, ensem in virum suum acuens.*

Vs. 1275: *καὶ νῦν ὁ μάντις μάντιν ἐκπράξας ἐμὲ*
ἀπήγαγ' ἐς τοιάσδε θανασίμους τύχας.

E praegressis apparet requiri secundam personam. Suspicor: *ἀπήγαγες τοιάσδε θανασίμους ὁδούς.* Vulgatam autem lectionem interpretibus deberi crediderim.

Vs. 1287: *οἳ δ' εἶχον πόλιν κτέ.* Lege: *εἷλον κτέ.*

Vs. 1289: *ἰοῦσα πράξω, τλήσομαι τὸ κατθανεῖν.* An *ἰδοῦσ' ἃ "φράζον τλήσομαι κτέ.*? i. e. *conspicata ea, quae (futura esse) dictitabam, moriar.*

Vs. 1299: *οὐκ ἔς' ἄλυξις, οὐ ξένοι χρόνῳ πλέω.* Casandram dixisse puto: *οὐδέ μοι χρόνῳ πλέον;* i. e. *οὐδέ μοι πλέον οὐδέν ἐςι μελλούσῃ.* Ita demum recte respondetur a choro: *ὁ δ' ὕςατός γε τοῦ χρόνου πρεσβεύεται.*

Vs. 1334: *"μηκέτ' ἐσέλθῃς", τάδε φωνῶν.* Transposuerim: *τάδε φωνῶν "μηκέτ' ἐσέλθῃς"*, vel: *φωνῶν τάδε "μηκέτ' ἐσέλθῃς".*

Vs. 1336 : μάκαρες Πριάμου·
θεοτίμητος δ' οἶκαδ' ἱκάνει.
Numerorum ratio postulare videtur:
θεότιμος δ' οἶκαδ' ἱκάνει.

Vs. 1347: ἀλλὰ κοινωσώμεθ' ἄν πως ἀσφαλῆ βουλεύματα. Vulgata, quae debetur Hermanno pro librorum lectione ἄν πως, vix minus soloeca, me iudice, est quam illa. Scripserim: ἀ. κ., ἄνδρες, ἀσφαλῆ κτέ.

Vs. 1388 : οὕτω—πεσὼν aut spurius est, aut graviter corruptus. Vocabula certe θυμὸν ὁρμαίνει significare non posse *animam expirant* (ut vertunt), vix est quod moneam. Offensioni est porro languidum istud αὑτοῦ. Magis autem inclino in eam partem, ut versum supervacaneum Aeschylo abiudicem.

Vs. 1421 sqq. scribendum et interpungendum in hunc modum:
Λέγω δε σοι
τοιαῦτ' (ἀπειλεῖν ὡς παρεσκευασμένη
ἐκ τῶν ὁμοίων)· χειρὶ νικήσαντ' ἐμοῦ
ἄρχειν· ἐὰν δὲ τοὔμπαλιν κράνῃ θεός,
γνώσει διδαχθεὶς ὀψὲ γοῦν τὸ σωφρονεῖν.

Vulgo παρεσκευασμένης et κραίνῃ. Distinguunt editores: τοιαῦτ' ἀπειλεῖν, ὡς—ἄρχειν· absque sensu.

Vs. 1447 : ἐμοὶ δ' ἐπήγαγεν
εὐνῆς παροψώνημα τῆς ἐμῆς χλιδῆς.
Fortasse εὔνους *benevola*, quod cum acerba ironia dictum accipiatur.

Vs. 1479: ἐκ τοῦ γὰρ ἔρως αἱματολοιχὸς
νείρει τρέφεται.
Scaliger ci. νείκει, ad sensum optime. Non valde diversum est, quod ipse conieci δήρει i. e. *contentione* cl. 942; idque praetulerim, quia ignotius scribis vocabulum facilius corrumpitur.

Choephorarum vs. 19 : ὦ Ζεῦ, δός με τίσασθαι μόρον πατρός, γενοῦ δέ σύμμαχος θέλων ἐμοί.

Verius videtur: *θέλοντί μοι*. Cf. 522: *θέλοντι δ' εἴπερ οἶσθ' ἐμοὶ φράσον τάδε*.

Vs. 185: *ἐξ ὀμμάτων δὲ δίψιοι πίπτουσί μοι*
σταγόνες ἄφρακτοι δυσχίμου πλημμυρίδος.

Absurdum est liquori tribuere sitim; qua de causa reposuerim: *ἐξ ὀμμάτων δὲ δίπτυχοι πίπτουσί μοι*.

Vs. 250: *οὐ γὰρ ἐντελὴς*
θῆρα πατρῴα προσφέρειν σκηνήμασιν.

Lege: *οὐ γὰρ ἐντελεῖς θήραν πατρῴοις προσφέρειν σκηνώμασιν*, receptis una omnibus vv. dd. emendationibus in hunc versum. Male Blomf. tuetur *ἐντελής*, quod referendum ait ad *γένναν* vs. 247. Obstat enim num. plur. vs. 249.

Vs. 290: *χαλκηλάτῳ πλάστιγγι*. Suspicarer *μάστιγι*, nisi me retineret Etymologi M. auctoritas p. 674, 20 sic scribentis: *πλάστιγξ· ἡ μάστιξ· ἀπὸ τοῦ πλήσσειν, παρ' Αἰσχύλῳ*. At alibi Aeschylus, ut poetae et scriptores omnes, utitur vocabulo *μάστιξ* cf. Spt. 590 et Prom. 685, et obscurissimum est, quomodo idem vocabulum simul *lancem* et *flagrum* significare potuerit.

Vs. 465: *δώμασιν ἔμμοτον τῶνδ' ἄκος κτέ*. Verum videtur *ἔντομον*, cll. Ag. 17 et Choeph. 539.

Vs. 481 sq.: *κἀγώ, πάτερ, τοιάνδε σου χρείαν ἔχω,*
φυγεῖν, μέγαν προσθεῖσαν Αἰγίσθῳ μόρον.

Fortasse: *τυχεῖν με γαμβροῦ θεῖσαν κτέ*., vel potius: *τυχεῖν γάμων προσθεῖσαν κτέ*. Hanc certe requiri sententiam apparet e vs. 486:

κἀγὼ χοάς σοι τῆς ἐμῆς παγκληρίας
οἴσω πατρῴων ἐκ δόμων γαμηλίους.

Vs. 535: *ἡ δ' ἐξ ὕπνου κέκραγεν ἐπτοημένη*
πολλοὶ δ' ἀνῆλθον ἐκτυφλωθέντες σκότῳ
λαμπτῆρες ἐν δόμοισι δεσποίνης χάριν.

Ingeniosa Valckenaerii coniectura *ἀνῆθον* proponentis eo laborat incommodo, quod sensu intransitivo tragici ubique adhibent huius verbi formam Passivam. Solus, quantum scio, Sophocles unico loco in Aiace 286 requirente metro scribere

sibi permisit: λαμπτῆρες οὐκέτ' ἦθον. Loco, quem tractamus, facile quidem reposueris: πολλοὶ δ' ἀνῆθοντ' ἐκτυφλ. κτἑ., sed additum istud δεσποίνης χάριν potius eo ducere videtur, ut scribamus δοῦλοι δ' ἀνῆθον ἐκτ. σκ. λαμπτῆρας—χάριν.

Vs. 559: ἄναξ—τὸ πρὶν est manifesto spurius.

Vs. 668: ξένοι, λέγοιτ' ἄν, εἴ τι δεῖ· πάρεστι γὰρ
ὁποῖάπερ δόμοισι τοῖσδ' ἐπεικότα·
καὶ θερμὰ λουτρά, καὶ πόνων θελκτήρια
στρωμνή, δικαίων τ' ὀμμάτων παρουσία.

Suspicor:

καὶ πόνων θελκτηρία
στρωμνῆς τε καινῶν θ' εἱμάτων παρουσία.

Cf. Odyss. γ 346 sqq.

Vs. 697: νῦν δ' ἥπερ ἐν δόμοισι βακχίας ζαλῆς
ἰατρὸς ἐλπὶς ἦν, παροῦσαν ἐγγράφει.

Fortasse: ἀντρέπει (*Orestes*).

Vs. 755: εἰ λιμὸς ἢ δίψη τις ἢ λιψουρία
ἔχει.

Lege: δίψη νιν ἢ λειψουρία ἔχει.

782: γένοιτο δ' ὡς ἄριστα σὺν θεῶν δόσει.

Intelligerem θεῶν δόσει, sed additam praepositionem σὺν non expedio. An forte scribendum: σὺν θεῷ δόμοις?

Vs. 841: καὶ τόδ' αὖ φέρειν δόμοις
γένοιτ' ἂν ἄχθος αἱματοσταγὲς φόνῳ
τῷ πρόσθεν ἑλκαίνοντι καὶ δεδηγμένῳ.

Reponendum videtur: φόνῳ
τῷ πρόσθεν ἕλκος καινὸν ἔτι δεδηγμένοις

(nempe δόμοις), quibus nihil est planius.

Vs. 845: ἢ πρὸς γυναικῶν δειματουμένων λόγοι
πεδάρσιοι θρώσκουσι θνήσκοντες μάτην.

An θέλγοντες μάτην?

Vs. 848: ἠκούσαμεν μέν, πυνθάνου δὲ τῶν ξένων
ἔσω παρελθών. Οὐδὲν ἀγγέλων σθένος
ὡς αὐτὸν αὐτῶν ἄνδρα πεύθεσθαι πέρι.

Locum corruptissimum tento sic:

οὔτις ἀγγέλων φθόνος
τῶν αὐτὸν αὐτοῦ γ' ἄνδρα πεύθεσθαι πέρι.

i. e. *nihil impedit quominus quis nuntios de suis quidem ipsius rebus interroget.* Cf. v. c. Aesch. Ag. 835: *τοῖς αὐτὸς αὐτοῦ πήμασιν βαρύνεται.* Substantivum *ἀνήρ* et alibi passim apud tragicos ponitur pro pronomine indefinito, et, ne exemplum desit, in noto loco Sophocleo:

ἄνδρα δ' ὠφελεῖν ἀφ' ὧν
ἔχοι τε καὶ δύναιτο κάλλιστος πόνων.

Vs. 859: *νῦν γὰρ μέλλουσι μιανθεῖσαι*
πεῖραι κοπάνων ἀνδροδαΐκτων
ἢ πάνυ θήσειν Ἀγαμεμνονίων
οἴκων ὄλεθρον κτέ.

Prometh. 423 Arabes dicuntur: *δάϊος στρατὸς ὀξυπρῴροισι βρέμων ἐν αἰχμαῖς.* Unde suspicor in versu, quem tractamus, corrigendum esse: *μιανθεῖσαι πρῷραι κοπάνων κτέ.*

Vs. 975: *Σεμνοὶ μὲν ἦσαν ἐν θρόνοις τόθ' ἥμενοι,*
φίλοι δὲ καὶ νῦν, ὡς ἐπεικάσαι πάθει.

Mehlerus in Mnemos. VI pag. 107 *σεμνοὶ* corruptum esse recte intelligens, substituendum putat *ξυνοὶ* i. e. *κοινοί.* Ex mea quidem sententia imperiose requiritur vocabulum significandi potestate vix diversum a sequenti *φίλοι;* quare aut ita scribendum, ut ille proposuit, aut, quod mutatione etiam leniore reponi possit: *Σύμπνοι μὲν ἦσαν κτέ.* Idem Mehlerus optime *πάθει* rescripsit pro *πάθη.*

Vs. 997: *τί νιν προσείπω, καὶ τύχω μάλ' εὐστομῶν;*
Legendum puto: *τί νυν προσειπὼν νιν τύχοιμ' ἂν εὐστομῶν;*

1012: *φόνου δὲ κηκὶς ξὺν χρόνῳ ξυμβάλλεται.*
Inspice locum, et senties verum esse: *τῷ χρόνῳ ξυμβάλλεται.*

1014 sqq.: *Νῦν αὐτὸν αἰνῶ, νῦν ἀποιμώζω παρὼν*
πατροκτόνον θ' ὕφασμα προσφωνῶν τόδε.

Ἀλγῶ μὲν ἔργα καὶ πάθος, γένος τε πᾶν
ἄζηλα νίκης τῆσδ' ἔχων μιάσματα.

Oratio misere turbata sic in ordinem redigi posse videtur:

πατροκτόνον δ' — τόδε,
νῦν ταὐτὸν αἰνῶ νῦν δ' ἀποιμώζω πάλιν·
ἀλγῶ γὰρ ἔργα κτέ.

In his pro parte Blomfieldium sequor corrigentem vocabula: *νῦν—παρών*; quamvis nescio an praestiterit: *ὅ πρίν ποτ' ᾔνουν, νῦν ἀποιμώζω παρόν.*

Vs. 1018: *οὔτις μερόπων ἀσινῆ βίοτον*
διὰ πάντ' ἄτιμος ἀμείψεται.

Laboranti metro et sententiae subvenias scribendo:

οὔτις μερόπων ἀσινὴς βίοτον
διὰ πάντ' ἀτηρὸν ἀμείψει.

Cf. Eum. 305 *ἀσινὴς δ' αἰῶνα διοιχνεῖ.*

Eumenidum vs. 3 Lege: *ἣ δὴ 'πὸ μητρὸς δευτέρα.* pro: *ἣ δὴ τὸ κτέ.*

Vs. 24: *Βρόμιος δ' ἔχει τὸν χῶρον οὐδ' ἀμνημονῶ*
ἐξ οὗ γε κτέ.

Lege: *οὐκ ἀμνήμονα κτέ.* i. e. *locum fama celebratum ex quo cet.*

Vs. 42 sqq.: *καὶ νεοσπαδὲς ξίφος*
ἔχοντ' ἐλαίας θ' ὑψιγέννητον κλάδον,
λήνει μεγίστῳ σωφρόνως ἐστεμμένον,
ἀργῆτι μαλλῷ. Τῇδε γὰρ τρανῶς ἐρῶ.

Coniicio: *λήνει δ' ἑλικτῷ κτέ.*

Vs. 75: *ἐλῶσι γάρ σε καὶ δι' ἠπείρου μακρᾶς*
βεβῶτ' ἂν' ἀεὶ τὴν πλανοστιβῆ χθόνα
ὑπέρ τε πόντου καὶ περιρρύτας πόλεις.

Cod. Med. habet *ἂν ἀεὶ* unde non cum aliis exsculpo *ἀνατὶ* quod h. l. vix idoneum sensum praebeat, sed *ἄλαισι* i. e. *erroribus* Perparum autem differre *ΑΝΑΙΣΙ* et *ΑΛΑΙΣΙ* cadit in oculos. Deinde haereo in *πλανοστιβῆ*, quod quid significare possit

non intelligo. Videant viri docti, an versus inutilis Aeschylo abiudicandus sit.

Vs. 95 sqq.: *ἐγὼ δ' ὑφ' ὑμῶν ὧδ' ἀπητιμασμένη*
ἄλλοισιν ἐν νεκροῖσιν, ὧν μὲν ἔκτανον
ὄνειδος ἐν φθιτοῖσιν οὐκ ἐκλείπεται,
αἰσχρῶς δ' ἀλῶμαι.

Soloecum est *ἐκλείπεται* pro *ἐκλείπει* positum, et male iungitur in eadem sententia tertia persona cum prima. In *ἐκλείπεται* latere suspicor *ἐκνίπτομαι*. Pro *ὧν*, quod ex Tyrrwitti coniectura reposui, libri habent *ὡς*. Cogitavi quoque de loco sic constituendo: *ἄλλοισιν ἐν νεκροῖσιν (ὡς γὰρ ἔκτανον ὄνειδος ἐν φθιτοῖσιν οὐκ ἐκνίπτεται) αἰσχρῶς ἀλῶμαι.*

Vs. 110 sq.: *ὁ δ' ἐξαλύξας οἴχεται νεβροῦ δίκην,*
καὶ ταῦτα κούφως ἐκ μέσων ἀρκυστάτων
ὤρουσεν, ὑμῖν ἐγκατιλλώψας μέγα.

Si *καὶ ταῦτα* sanum esset, haud dubie sequi debuisset participium *ὀρούσας*. Scripserim: *καὶ κάρτα κούφως κτέ.*

Vs. 193 sqq.: *λέοντος ἄντρον αἱματορρόφου*
οἰκεῖν τοιαύτας εἰκός, οὐ χρηστηρίοις
ἐν τοῖσδε πλησίοισι τρίβεσθαι μύσος.

Fortasse in librorum scriptura *ΤΟΙΣΔΕΠΛΗΣΙΟΙΣΙ* delitescit *ΤΟΙΣΔΕΝΑΙΣΙΟΙΣΙ*, scribendumque *ἐν τοῖσδ' ἐναισίοισι* sive *ἐναισίμοισι*. Minus aptum et fere otiosum videtur *πλουσίοισι*, quod Pauwio iam in mentem venisse monet Blomfieldius, qui frustra tuetur vulgatam.

Vs. 220: *ἐγὼ δ', ἄγει γὰρ αἷμα μητρῷον, δίκας*
μέτειμι τόνδε φῶτα κἀκκυνηγέτης.

Repraesentavi codicis Med. scripturam, unde vulgo repositum est *μ. τ. φῶτα κἀκκυνηγετῶ*, in qua lectione, ut alia taceam, offendo in tempore Praesenti *κἀκκυνηγετῶ*, posito *ἐκ παραλλήλου* cum Futuro *μέτειμι*. Sequuntur quoque Futura: *ἐγὼ δ' ἀρήξω τὸν ἱκέτην τε ῥύσομαι.* Aeschylo, ut opinor, non indignum fuerit: *μέτειμι τόνδε φοινία κυνηγέτις.* Eodem epitheto ornatur Scylla Choeph. 605.

Vs. 224: *δίκας δὲ Παλλὰς τῶνδ' ἐποπτεύσει θεά.*
Malim *τοῦδε*, nempe Orestis.

Vs. 238: *ἀλλ' ἀμβλὺν ἤδη προστετριμμένον τε πρὸς*
ἄλλοισιν οἴκοις καὶ πορεύμασιν βροτῶν.

Ultimum vocabulum facillimo negotio curabitur, adhibito loco consimili vs. 451:

πάλαι πρὸς ἄλλοις ταῦτ' ἀφιερώμεθα
οἴκοισι καὶ βοτοῖσι καὶ ῥυτοῖς πόροις,

unde apparet corrigendum esse *βοτῶν*. Difficilius est statuere, unde originem duxerit istud *πορεύμασιν*, in quo corrigendo ipse mihi non satisfacio.

Vs. 240: *ὅμοια χέρσον καὶ θάλασσαν ἐκπερῶν,*
σώζων ἐφετμὰς Λοξίου χρηστηρίους,
πρόσειμι δῶμα καὶ βρέτας τὸ σὸν θεά.
Αὐτοῦ φυλάσσων ἀναμενῶ τέλος δίκης.

Interpretantur: *hic manens iudicii exitum exspectabo*, quasi *φυλάσσειν* unquam *manendi* notionem habuerit. Viam interpretibus monstrabit vs. 439 sq.:

εἴπερ πεποιθὼς τῇ δίκῃ βρέτας τόδε
ἧσαι φυλάσσων ἑστίας ἀμῆς πέλας.

Iungendum igitur *βρέτας* cum *φυλάσσων*, quare locus sic videtur interpungendus:

πρόσειμι δῶμα, καὶ βρέτας τὸ σὸν, θεά,
αὐτοῦ φυλάσσων κτέ.

Apollo autem vs. 79 sq. dixerat:

μολὼν δὲ Παλλάδος ποτὶ πτόλιν
ἵζου παλαιὸν ἄγκαθεν λαβὼν βρέτας.

Est tamen, ut verum fatear, in ea constructione, quam coniunctionem vocabulorum *βρέτας* et *φυλάσσων* postulare modo dicebam, aliquid ita contortum, ut servata interpunctione vulgata coniicere malim: *Τοῦτ' οὖν φυλάσσων κτέ.* aut, quod probabilius esse puto, versum revera satis otiosum *αὐτοῦ—δίκης* Aeschylo abiudicare.

Vs. 246: *τετραυματισμένον γὰρ ὡς κύων νεβρὸν*

πρὸς αἷμα καὶ ςαλαγμὸν ἐκμαςεύομεν.

Legendum *αἵματος* et *ἐκματεύομεν.*

Vs. 286: *χρόνος καθαίρει πάντα γηράσκων ὁμοῦ.*

Versus Aeschylo dignissimus, sed qui huc vix pertineat. Ex deperdito dramate olim a lectore nescio quo in ora libri sui adscriptum in textum irrepsisse, gravis me tenet suspicio.

Vs. 302: *ἀναίματον βόσκημα, δαιμόνων σκιάν.*

Fort. *δάϊον σκιάν* i. e. *miseram umbram.*

Vs. 312: *εὐθυδίκαιοι θ' ἡδόμεθ' εἶναι.*

Soloeca oratio est. Lege *εὐχόμεθ'*. Med. *οἰδοίμεθ'*.

Vs. 330, 343 *φρενοδαλής* suspectum. An *φρενοδακής* vel *φρενομανής*?

Vs. 429: *ἀλλ' ὅρκον οὐ δέξαιτ' ἄν, οὐ δοῦναι θέλει.*

Apparet ex vs. 432: *ὅρκοις—λέγω* reponendum esse: *ὃν δοῦναι θέλω.*

Vs. 578: *φόνου δὲ τοῦδ' ἐγὼ καθάρσιος*
καὶ ξυνδικήσων αὐτός·

Immo vero *αὐτός* i. e. *idem.*

Vs. 660: *οὐκ ἔςι μήτηρ ἡ κεκλημένου τέκνου*
τοκεύς, τροφὸς δὲ κύματος νεοσπόρου·
τίκτει δ' ὁ θρώσκων, ἡ δ' ἅπερ ξένῳ ξένη
ἔσωσεν ἔρνος, οἷσι μὴ βλάψῃ θεός.

Ahrensius in ed. Didot. pro *οἷσι* ioculari errore reposuit suo Marte *οἷον*, illato sic spondeo in quartam sedem. E librorum scriptura *ΕΣΩΣΕΝΕΡΝΟΣΟΙΣΙ* duce sententia elicio: *ἔσωσεν, ὡς νόσοισι μὴ βλάψῃ θεός.* Rectissime contra habet *ἔρνος* vs. 666.

Vs. 769 fortasse transponendus post 771; nisi potius legendum: *ἀμηχάνους παρέξομεν δυσπραξίας.*

Vs. 804: *ἐγὼ γὰρ ὑμῖν πανδίκως ὑπίσχομαι*
ἕδρας τε καὶ κευθμῶνας ἐνδίκους χθονός.

Suspectum mihi *πανδίκως*, quod vel, si cum *ὑπίσχομαι* recte coniungeretur, ferendum non esset propter proxime sequens *ἐνδίκους*. Suspicor: *ἐγὼ γὰρ ὑμῖν ἀντὶ τῶνδ' ὑπίσχομαι κτέ.*

Vs. 823: *θεαὶ βροτῶν ςήσητε δύσκηλον χθόνα.* Malim *κτίσητε.*

Vs. 864: *θυραῖος ἔςω πόλεμος, οὐ μόλις παρὼν κτἑ.* Interpretantur: *tantum non vicinum*, quasi Graece scriptum esset: *μόνον οὐ παρών.* Scholiastes: *οὐ τηλοῦ περ ὢν* legisse videtur; interpretatur enim *οὐ μακράν.* Verto: *externum bellum esto, quamvis vicinum.* Intellegi pugnam Marathoniam monuere iam alii.

Vs. 725: *ὡς ἀμφίβουλος οὖσα θυμοῦσθαι πόλει.* Ita Turnebus correxit librorum omnium lectionem *ἀμφίβολον.* Scholiasta: *τέως γὰρ ἐν ἀμφιβόλῳ ἔχω τὸ ὀργίζεσθαι.* Unde apparet eum legisse: *ὡς ἀμφίβολος ἔτ᾽ οὖσα κτἑ.*

Vs. 894: *καὶ δὴ δέδεγμαι· τίς δέ μοι τιμὴ μένει.* Offendo in Dativo *μοι*; nam quo sensu interpretantur, *quis vero me manet honor?* requiritur non secus ac Latine casus quartus. Mutato accentu scribatur: *τίς δέ μοι τιμὴ μενεῖ;* i. e. *quis mihi manebit honor.*

Supplicum vs. 212: *καὶ Ζηνὸς ὄρνιν τόνδε νῦν κικλήσκετε.* Appollinem, nam hunc intelligi patet e vs. sequenti, potius vocaverim *Ζηνὸς ἶνιν.*

Vs. 238: *ὅπως δὲ χώραν οὐδὲ κηρύκων ὕπο*
ἀπρόξενοί τε, νόσφιν ἡγητῶν, μολεῖν
ἔτλητ᾽ κτἑ.

Sequens *τε* postulat: *οὔτε κηρύκων κτἑ.*

Vs. 248: *ἐγὼ δὲ πρός σε πότερον ὡς ἔτην λέγω,*
ἢ τηρὸν ἱροῦ ῥάβδον, ἢ πόλεως ἀγόν;

Lenissima mutatione locum fere conclamatum sanare mihi contigit. Nempe legendum: *ἢ ῥήτορ᾽ ἱερόραβδον* i. e. *ἢ κήρυκα.*

Vs. 385: *Μένει τοι Ζηνὸς ἱκτίου κότος*
δυσπαραθέλκτοις παθόντος οἴκτοις.

Intelligam: *δυσπαράθελκτος παθῶν ἀνοίκτοις* i. e. *manet enim Iovis, supplicum tutoris, ira aegre placabilis iis, qui aliena infortunia commiserari non didicerint.*

Vs. 390: *Δεῖ τοι σὲ φεύγειν κατὰ νόμους τοὺς οἴκοθεν,*
ὡς οὐκ ἔχουσι κῦρος οὐδὲν ἀμφὶ σοῦ.

Aut inter hos versus versum intercidisse statuerim, aut pro *φεύγειν* rescribendum esse *φαίνειν*.

Vs. 393: *ὕπαςρον δέ τοι*
μῆχαρ ὁρίζομαι γάμου δύσφρονος
φυγᾷ. Ξύμμαχον δ' ἑλόμενος δίκαν
κρῖνε σέβας τὸ πρὸς θεῶν.

Suspicor: *ὕπαρχον δ. τ. μ. ὁ. γ. δύσφρονος, φυγάν.* i. e. *quod autem restat mihi praesidium contra invisas nuptias, scil. ut causam dicam, id arripio. Μῆχαρ* cum Genitivo construitur, ut Ag. 192 *Χείματος ἄλλο μῆχαρ.* Cf. Eurip. Androm. 537; Herod. II, 181, IV, 151; Hom. Il. IX, 349.

Vs. 400: *μή καὶ ποτὲ*
εἴπῃ λεώς, εἴ πού τι μὴ τοῖον τύχοι,
ἐπήλυδας τιμῶν ἀπώλεσας πόλιν.

Codd. *εἴ πού τι καὶ μὴ τοῖον τύχοι*, unde nescio an praestet, quod hac in re sollemne est, reponere: *εἴ πού τι κἀλλοῖον τύχοι.* Vulgatam interpretibus deberi suspicor.

Vs. 405: *τί τῶνδ' ἐξ ἴσου ῥεπομένων μεταλγεῖς τὸ δίκαιον ἔρξαι.* Reponendum aut *μέγ' ἀλγεῖς* aut, quod fere malim, *καταλγεῖς.* Praeterea suspectum habeo formam passivam *ῥεπομένων*? Cogitavi de *φερομένων* et de *νεμομένων*, quorum utrumque in hac sententia locum habere potuerit.

Vs. 417: *Μῶν οὐ δοκεῖ δεῖν φροντίδος σωτηρίου;* Deleatur vs. soloecus, languidus et imperite fictus e vs. 407.

Vs. 439: *ἢ τοῖσιν ἢ τοῖς πόλεμον αἴρεσθαι μέγαν*
πᾶσ' ἔς' ἀνάγκη· καὶ γεγόμφωται σκάφος
ςρέβλαισι ναυτικαῖσιν ὡς προσηρμένον.

Perdidit prava interpungendi ratio sensum huius loci. Lege: *Πᾶσ' ἔς' ἀνάγκη καὶ γεγόμφωται, σκάφος κτὲ.* Cf. vs. 944: *τῶνδ' ἐφήλωται γόμφος διαμπάξ, ὡς μένειν ἀραρότως*, ubi fortasse praestat: *ὥς' ἔχειν ἀραρότως.* Valet autem *γεγόμφωται* idem fere quod *ἄραρε* s. *ἀραρότως ἔχει.*

Vs. 455 dicenti Choro: πολλῶν ἄκουσον τέρματ' αἰδοίων λόγων respondet rex: ἄκουσα, καὶ λέγοις ἄν, οὔ με φεύξεται. Fortasse: ἀκούσομαι· λέγοις ἄν, κτέ.

Vs. 460: λέξον, τίν' αὐδὴν τήνδε γηρυθεῖσ' ἔσει. Suspectus verbi γηρύεσθαι Aor. Pass., quum alibi forma Aor. Med. occurrere soleat; neque huius loci est Futuri exacti periphrasis; quare conieci: τίν' αὐδὴν τήνδε γηρύσει σύ μοι. vel γηρύει σύ μοι.

Vs. 498: φύλαξαι μὴ θράσος τέκῃ φόβον. Faciendum puto cum iis, qui φόνον reponant, quidquid obloquitur Hermannus. Scholiastes: μὴ θαρρήσας μόνος ἀπελθεῖν φοβηθῶ ὑπό τινος; quae adnotatio adduci posset adversus illam coniecturam, nisi additis vocabulis ὑπό τινος luce clarius testaretur scholii auctor, se scripsisse μὴ—φονευθῶ ὑπό τινος. Nam sin minus, haud dubie illa omisisset. Vulgata autem lectione multo aptior foret haec: μὴ θράσος τέκῃ φόβος i. e. *ne metus pariat audaciam.* Videlicet non raro videmus superstitioso quodam timore correptum vulgus in audaciam et scelera proruere. Praetulerim nihilominus, ut iam dixi, φόνον.

Vs. 621: τοιαῦτ' ἀκούων χερσὶν Ἀργεῖος λεὼς
ἔκραν' ἄνευ κλητῆρος ὡς εἶναι τάδε.

Facile quidvis concoquet is, cui interpretes persuadeant ἄνευ κλητῆρος significare *non exspectata praeconis voce.* Nusquam κλητήρ idem significat quod κήρυξ. Ne multa: vulgata lectio est παραδιόρθωσις scripturae libri Medicei: ἔκλαναν εὐκλήτορος ὡς εἶναι τόδε, in qua haec non paullo melior delitescit:

Ἀργεῖος λεὼς
ἔκρανεν εὐκήλητος ὡς εἶναι τάδε.

i. e. *Danai oratione facile permotus.*

Qui autem sequuntur duo vss. 623 sq.: Δημηγόρους—τέλος relegandi videntur in marginem, ubi olim e deperdito dramate Aeschyleo adscripti esse videntur ad vs. 621 sq. propter argumenti similitudinem.

Vs. 716 sqq.: καὶ πρῷρα πρόσθεν ὄμμασι βλέπουσ' ὁδὸν

οἴακος εὐθυντῆρος ὑστάτου νεὼς
ἄγαν καλῶς κλύουσά γ' ὡς ἂν οὐ φίλῃ.

An *κλύουσ', ἅτ' οὖσα δυσφιλής*? aut sensu prope eodem: *ἄγουσα γ' οὐ φίλους*? Ultimis vocabulis explicat Danaus, cur dixerit *ἄγαν καλῶς*.

Vs. 744 *ὦδ' ἐπιτυχεῖ κότῳ*. Immo *κόπῳ*.

Vs. 750: *δουλόφρονες δὲ καὶ δολομήτιδες κτέ*. Restituatur duplex dochmius, scripto *δ' ἐκεῖνοι* pro *δὲ καί*.

Vs. 762: *ὡς καὶ ματαίων ἀνοσίων τε κνωδάλων κτέ*. Corrigatur: *ὡς παμματαίων κτέ*.

CAPUT VIII.

CONIECTURAE IN SOPHOCLEM.

Aiacis vs. 106 sqq.:

θανεῖν γὰρ αὐτὸν οὔ τί πω θέλω
πρὶν ἂν δεθεὶς πρὸς κίον' ἑρκείου στέγης
μάστιγι πρῶτον νῶτα φοινιχθεὶς θάνῃ.

Lacuna male expleta a librariis. Supererat *φοινιχθ*** Suspicor: *φοινιχθῇ διπλῇ*. cl. vs. 243: *παίει λιγυρᾷ μάστιγι διπλῇ*.

Vs. 289: *τί χρῆμα δρᾷς,*
Αἴας; τί τήνδ' ἄκλητος οὔθ' ὑπ' ἀγγέλων
κληθεὶς ἀφορμᾷς πεῖραν οὔτε του κλύων
σάλπιγγος.

Non absurdum foret *ΑΚΑΙΡΟΣ* (i. e. *ἄκαιρος*) pro *ΑΚΛΗΤΟΣ*; sed verius fortasse corrigas:

τί τ' αὐτόκλητος οὔθ' ὑπ' ἀγγέλων
κληθείς.

cl. Trach. vs. 391: *ὅδ' ἀνὴρ οὐκ ἐμῶν ὑπ' ἀγγέλων, ἀλλ' αὐτόκλητος ἐκ δόμων πορεύεται.*

Vs. 298: Verba scholiastae: *ὅπερ Ὅμηρος αὖ ἐρύειν φησὶν κτἑ.* non pertinent ad vocabula *ἔσφαζε κάῤῥάχιζε*, quae faciunt scholii lemma, sed ad *ἄνω τρέπων.*

Vs. 312: *τὰ δεὶν᾿ ἐπηπείλησ᾿ ἔπη.* Fortasse *πάνδειν᾿ κτἑ.* Diversa est ratio vs. 1107 et vs. 1226, ubi articulus bene habet.

Vs. 515: *καὶ μητέρ᾿ ἄλλη μοῖρα κτἑ.* An *αἰνὴ μοῖρα*? Sic apud Homerum *αἰνὸς μόρος.*

Vs. 668: *ἄρχοντές εἰσιν, ὥσθ᾿ ὑπεικτέον. τί μή;* Malim *τί μήν;* i. e. *πῶς γὰρ οὔ;* Cf. Aesch. Eumen. vs. 203.

Vs. 670 corruptum est *τιμαῖς.*

Vs. 691: *καὶ τάχ᾿ ἄν μ᾿ ἴσως*
πύθοισθε, κεἰ νῦν δυστυχῶ, σεσωσμένον.

Expuncto interpretamento *ἴσως*, reponendum *μ᾿ ἔτι.* In oratione pedestri, imprimis apud Platonem post *τάχα* idem glossema est admodum frequens.

Vs. 816—818: (*γένοιτ᾿ ἄν—ὁρᾶν*) inepti sunt et Aiacis orationem conturbant. Arcte enim cohaerent vs. 815 et 819. Quare tres illos vss. damnare non dubito. Confecti esse videntur ad histrione propter vs. 661 sq. cf. 1025 sq.

Vs. 853 et 865 spurios esse iam monuit, ni fallor, Cobetus

Vs. 988: *τοῖς θανοῦσί τοι*
φιλοῦσι πάντες κειμένοις ἐπεγγελᾶν.

Pro *θανοῦσι*, quod interpretamentum est sequentis participii *κειμένοις*, olim vix aliud scriptum esse potuit vocabulum quam *ἐχθροῖσι.*

Vs. 1009: *ἴσως* valet *aeque.* Cogitando supple: *ac si tecum venissem.*

Vs. 1071: *καί τοι κακοῦ πρὸς ἀνδρὸς ἄνδρα δημότην*
μηδὲν δικαιοῦν τῶν ἐφεστώτων κλύειν.

Pro *ἄνδρα*, quod dittographiae debet originem, restituas necessarium participium *ὄντα.*

Vs. 1112: *οἱ πόνου πολλοῦ πλέῳ* = *οἱ πολλὰ πράττοντες* s. *πολυπραγμονοῦντες.*

Vs. 1272: *ὦ πολλὰ λέξας ἄρτι κἀνόνητ' ἔπη*. Nihil est, quod in his haereamus. Quia tamen in codd. ab *ἀνόνητος* vix differt *ἀνόητος*, videndum annon potius Sophocles dederit: *κἀνόητ'* (i. e. *μωρὰ*) *ἔπη*?

Electrae vs. 71 sq.:

καὶ μή μ' ἄτιμον τῆσδ' ἀποστείλητε γῆς
ἀλλ' ἀρχέπλουτον καὶ καταστάτην δόμων.

Vs. 72 scripserim sic: *ἀρχαιοπλούτων δ' ἀποκαταστάτην δόμων.* Dubito tamen de utroque versu, an sint genuini. Omissos certe non requirerem.

Vs. 198: *δόλος ἦν ὁ φράσας, ἔρος ὁ κτείνας.* Transposuerim: *ἔρος—δόλος.*

Vs. 546: *οὐ τοῦτ' ἀβούλου καὶ κακοῦ γνώμην πατρός.* Requiritur fere odiosius aliquod vocabulum; quare suspicor: *οὐ ταῦτ' ἀνόλβου κτἑ* i. e. *μωρίας πλέω*, cl. Aiac. vs. 1156. Recte legitur *ἄβουλος* in nostrae fabulae vs. 964. Utraque vox coniungitur Antig. 1026, sed ita, ut vocabulum efficacius loco ponatur secundo.

Vs. 688: *χὤπως μὲν ἐν πολλοῖσι παῦρά σοι λέγω.* Male interpretantur: *ut multa paucis complectar*, quasi scriptum esset: *ἐν παύροισι πολλά*, quemadmodum Sophoclem *non* dedisse patet ex vs. 690: *ἓν δ' ἴσθ'* *κτἑ.* Recte iam alii: *pauca ex multis, quae dici possent.*

Vs. 697 Lege: *δύναιτ' ἂν οὐδ' ἂν ἰσχύων φυγεῖν* pro *ἰσχύων* cum spiritu leni; nam requiritur articulus.

Vs. 1026: *εἰκὸς γὰρ ἐγχειροῦντα καὶ πράσσειν κακῶς.* Pro *γὰρ* Wakefield. coni. *κακ'.* Vitii sedes est in *καὶ πράσσειν.* Ego suspicor: *ἐ. γ. ἐγχειροῦντ' ἀπαλλάσσειν κακῶς*, i. e. *probabile enim est inceptum male nobis cessurum esse.*

Oedipi Regis vs. 27: *ἐν δ' ὁ πυρφόρος θεός.* Quod in in codice Ambrosiano satis antiquo scriptum vidi *πορφυρος*

librarii σφάλμα esse nunc puto, nec inde suspicari debebam Sophocli reddendum esse πορφυροῦς, quo epitheto Homerus τὸν θάνατον ornare solet. Aptissime conferunt Thucyd. II: 49 τὰ ἐντὸς οὕτως ἐκάετο κτἑ.

Vs. 105: ἔξοιδ' ἀκούων· οὐ γὰρ εἰσεῖδόν γέ πω. Particula πω de Laio dudum mortuo absurda est. Praestiterit certe γέ που, ut est in eodem codice Ambrosiano; sed nescio an non melius scribatur γέ νιν.

Vs. 117: κατεῖδ' Lege κάτοιδ'.

Vs. 120: ἓν γὰρ πόλλ' ἂν ἐξεύροι μαθεῖν,
ἀρχὴν βραχεῖαν εἰ λάβοιμεν ἐλπίδος.

Fortasse: — μαθών, — λάβοι τις vel, servato λάβοιμεν, scribendum ἐξαρκοῖ pro ἐξεύροι, ut sensus sit: *unum sufficiat ad multa cognoscenda.*

Vs. 140: κἄμ' ἂν τοιαύτῃ χειρὶ τιμωρεῖν θέλοι. Fortasse πημαίνειν.

Vs. 265: κἀπὶ πάντ' ἀφίξομαι. Legatur πᾶν.

Vs. 371: σοὶ δὲ τοῦτ' οὐκ ἔς', ἐπεὶ
τυφλὸς τά τ' ὦτα τόν τε νοῦν τά τ' ὄμματ' εἶ.

Vitiosum esse τά τ' ὦτα liquet tum e praegresso τυφλός tum imprimis e Tiresiae responso. Quid reponendum sit, quaerant alii.

Vs. 403: παθὼν ἔγνως ἂν οἷά περ φρονεῖς. Fortasse οἷ' ὑπερφρονεῖς.

Vs. 413: Lege: καὶ δεδορκὼς οὐ βλέπεις cum Brunckio.

Vs. 523: Pro τάχ' ἂν lege τάχα.

Vs. 525: Τοῦ πρὸς δ' ἐφάνθη; Malim πρὸς τοῦ κτἑ. Nam requiro exemplum praep. πρὸς postpositi regimini suo.

Vs. 587: ἱμείρων ἔφυν. Immo ἱμείρειν ἔφυν.

Vs. 623: ἥκιςα. Θνήσκειν, οὐ φυγεῖν σε βούλομαι. Cum his Oedipi verbis aperte pugnant ea, quae mox Creon dicit Iocastae vs. 639 sqq.: ὅμαιμε, δεινά μ' Οἰδίπους — ἢ γῆς ἀπῶσαι πατρίδος ἢ κτεῖναι λαβών. An igitur vs. 623 Oed. dixerat: ἤτοι σε θνήσκειν ἢ φυγεῖν γοῦν βούλομαι?

Vs. 627 pro κἀμὸν lege τοὐμόν.

Vs. 634: τί τὴν ἄβουλον — ςάσιν κτἑ. Fortasse ἄνολβον.

Vs. 649: πιθοῦ θελήσας φρονήσας τ', ἄναξ, λίσσομαι. An πιθοῦ 'λεήσας κτἑ.?

Vs. 695 pro ἀλύουσαν lege σαλεύουσαν cum Dobraeo Adv. Tom. II, p. 33.

Vs. 728: ποίας μερίμνας τοῦθ' ὑποςραφεὶς λέγεις. Malim ἐπιςραφεὶς, cl. Philoct. 599.

Vs. 840: ἔγωγ' ἂν ἐκπεφευγοίην πάθος. Fortasse ἄγος i. e. *piaculum*.

Vs. 876: Locum corruptissimum sic tento:

ἀκρότατον εἰσαναβᾶσ'
[ὄρος], ἀπότομον ὤρουσεν εἰς τιν' ἀγκῶν',
ἔνθ' οὐ ποδὶ ῥυσίῳ
χρῆται. Τὸ καλῶς δ' ἔχον
πόλει νόμισμα μήποτε λῦσαι θεὸν αἰτοῦμαι.

Vs. 891: ματάζων. Hoc verbum hic et Aesch. Ag. 967 scribendum videtur cum iota subscripto, quippe contractum ex ματαΐζω.

Vs. 922 sq.: ὡς νῦν ὀκνοῦμεν — ὡς κυβερνήτην νεώς. Exspectaveris: *ceu nautae navis gubernatorum in procella;* quapropter vide, an post 923 unus vs. exciderit.

Vs. 1000 sq.: ἦ γὰρ — γέρον vix sunt genuini.

Vs. 1005: καὶ μὴν μάλιςα τοῦτ' ἀφικόμην, κτἑ. Malim: τοῦτό γ' ἱκόμην.

Vs. 1144; τί δ' ἐςὶ πρὸς τί τοῦτο τοὔπος ἱςορεῖς; Immo vero: πρὸς ὅτι.

Vs. 1276 sqq.: φοίνιαι δ' ὁμοῦ
γλῆναι γένει' ἔτεγγον οὐδ' ἀνίεσαν
φόνου μυδώσας ςαγόνας, ἀλλ' ὁμοῦ μέλας
ὄμβρος χάλαζά θ' αἱματοῦσσ' ἐτέγγετο.

Fortasse: φοίνιαι δέ μιν — αἱματοῦσσ' ἐρρήγνυτο?

Vs. 1380: κάλλις' ἀνὴρ εἷς ἔν γε ταῖς. Θήβαις τραφεὶς.

Olim lectum fuisse ἔν γε ταῖς Θήβαις ϛραφεἰς apparet e glossemate διατρίψας. Nota est autem verborum ϛρέφεσθαι et ἐνϛρέφεσθαι vis, qua significant *versari*. Thebis educatum se fuisse qui poterat Oedipus dicere?

Vs. 1382: τὸν ἐκ θεῶν
φανέντ' ἄναγνον καὶ γένους τοῦ Λαΐου.

Expuncto interpretamento τοῦ Λαΐου, reponendum suspicor καὶ γένους ἀλάϛορα.

Vs. 1400: αἳ τοὐμὸν αἷμα τῶν ἐμῶν χειρῶν ἄπο
ἐπίετε πατρός κτἑ.

Elegantius certe scripseris: αἳ θερμὸν αἷμα κτἑ. Cf. O. Col., in pulcerrimo loco, vs. 622: θερμὸν αἷμα πίεται.

Repetita huius fabulae lectione accedant haec pauca:

Vs. 346: παρήσω γ' οὐδὲν — ἅπερ ξυνίημ'. Malim ὧνπερ.

Vs. 441: τοιαῦτ' ὀνείδιζ', οἷς ἔμ' εὑρήσεις μέγαν. Melius intelligam εὑρίσκεις, more tragicorum dictum pro εὕρηκας. Respicit enim Oedipus suam enigmatis solutionem.

Vs. 926 malim εἰ κάτιϛέ που (pro εἰ κάτισθ' ὅπου) i. e. *si forte nostis:* nempe *ubi sit*, quod facile suppletur e praegressis: μάθοιμ' ὅπου—ἐϛίν. Cod. Ambros. habet: εἰ κάτοισθά που.

Vs. 977: τί δ' ἂν φοβοῖτ' ἄνθρωπος, ᾧ τὰ τῆς τύχης κρατεῖ; κτἑ. Malim ὡς pro ᾧ.

Vs. 1264: πλεκταῖς ἑώραις ἐμπεπλεγμένην, ὁ δὲ
ὅπως ὁρᾷ νιν κτἑ.

Suspectum habeo formam ἑώρα. Fortasse:

πλεκταῖσιν αἰώραισιν ἐμπεπλεγμένην.
ὁ δ' ὡς κτἑ.

Oedipi Colonaei vs. 59: τόνδ' ἱππότην Κολωνόν. Pron. ὅδε usurpatur de praesenti; quare rescribas τὸν ἱππότην.

Vs. 272: *οὐδ' ἂν ὧδ'*. Legatur *ὥς*.

Vs. 276 cf. O. R. vs. 276.

Vs. 309: *Τίς γὰρ ἐσθλὸς οὐχ αὑτῷ φίλος;* Inepta sententia; quasi mali non sint *φίλαυτοι*. Una litera deleta, scribo: *τίς γὰρ ἔσθ' ὃς οὐχ αὑτῷ φίλος;* Cf. Aiac. 725 ad Grammaticam; ad sensum ibid vs. 1366: *ἦ πάνθ' ὅμοια· πᾶς ἀνὴρ αὑτῷ πονεῖ;* nam sic distinguo cum Dobraeo.

Vs. 320: *σημαίνει δ' ὅτι*
μόνης τόδ' ἐστὶ δῆλον Ἰσμήνης κάρα.

Immanem tautologiam removeas scribendo: *τόδ' ἐστ' ἀδελφὸν Ἰσμήνης κάρα.* Cf. Antig. vs. 1. *Ἀδελφός* passim adiective usurpari monendus erit nemo.

Vs. 379: *προσλαμβάνει*
κῆδός τε ΚΑΙΝ'ΟΝ καὶ ξυνασπιστὰς φίλους.

Pro languido isto *καινόν* vide an substituendum sit *ΚΑΕΙΝ'ΟΝ*.

Vs. 392: pro *φασί* lege *φησί,* nam intelligendum *τὰ μαντεύματα* e vs. 387.

Vs. 381: *τιμῇ καθέξον* in *αἰχμῇ καθέξον* mutandum esse Cobetus nemini facilius quam mihi probavit, quippe qui dudum sic scribendum esse in editionis, quo utor, margine annotaveram Nunc illa, quam mihi gratulor, *συνέμπτωσις* facit, ut de huius correctionis veritate omnino non dubitem.

Vs. 415: *ὥς φασιν οἱ μολόντες κτέ.* Responsi ratio postulat: *φασί γ'*.

Vs. 502: *οὐδ' ὑφηγητοῦ γ' ἄνευ.* Malim *ὑφηγητῶν ἄνευ.*

Vs. 537: *ἔπαθον ἄλαστ' ἔχειν.* Fortasse *ἄχη.*

Vs. 554: *ὁδοῖς ἐν ταῖσδ' ἀκούων.* Particip. male repetitum ex 551. Sententia (cf. sqq.) suadet: *ὁδοῖς ἐν ταῖσδε λεύσσων.*

Vs. 581: *χρόνῳ μάθοις ἄν, οὐχὶ τῷ παρόντι πού.* Scripserim: *οὐχὶ—πω.*

Vs. 588: *πότερα τὰ τῶν σῶν ἐγγόνων, ἢ 'μοῦ λέγεις;* Contextus suadet: *ἢ πῶς λέγεις;*

Vs. 592: *ὦ μῶρε, θυμὸς δ' ἐν κακοῖς οὐ ξύμφορον.* Expunxerim voculam *δ'*.

Vs. 594: ἄνευ γνώμης γὰρ ου με χρὴ λέγειν. E vs. praegresso liquet Sophoclem dedisse ψέγειν.

Vs. 602 sqq. olim hunc fere in modum constitutos fuisse e fabulae oeconomia coniicias:

Thes. πῶς δῆτα σ' ἂν πεμψαίαθ' ****;
Oed. (ςήσουσι γαίας μ' ἐγγὺς), ὥς' οἰκεῖν δίχα.
Th. *Qua vero causa moti hoc facient?*
Oed. τὸ θεῖον αὐτοὺς ἐξαναγκάσει ςόμα.

Cf. vs. 399.

Vs. 637: ἁγὼ σεβισθεὶς οὔποτ' ἐκβαλῶ χάριν
τὴν τοῦδε, χώρᾳ δ' ἘΜΠΟΛΙΝ κατοικιῶ.

Erunt fortasse, quibus praeplaceat ΕΜΠΕΔΟΝ.

Vs. 737: οὐκ ἐξ ἑνὸς ςείλαντος, ἀλλ' ἀνδρῶν ὕπο πάντων κελευσθεὶς. Malim: ἀλλ' ἀςῶν ὕπο κτὲ.

Vs. 755: ἀλλ' οὐ γάρ. Fortasse: ἀλλ' εἴπερ κτὲ.

Vs. 758: τήνδε τὴν πόλιν φίλως
εἰπών· ἐπαξία γάρ, ἡ δ' οἴκοι πλέον
δίκῃ σέβοιντ' ἄν.

Fortasse: τήνδε μὲν πόλιν φίλος
λιπών, ἐπαξία γὰρ, ἡ δ' οἴκοι κτὲ.

Vs. 779: ὅτ' οὐδὲν ἡ χάρις χάριν φέροι. Lege ὅτ' οὐκέθ' ἡ κτέ. Vs. sq. malim: ἆρ' οὐ ματαίου κτέ.

Vs. 787 ad orationis formam cf. O. R. vs. 370.

Vs. 809: ὡς δὴ σὺ κτέ. Verte: *quasi tu vero cet.*

Vs. 1113: κἀναπαύσατον
τοῦ πρόσθ' ἐρήμου τοῦδε δυςήνου πλάνου.

Lege: τόνδε δύςηνον i. e. ἐμέ.

Vs. 1156: pro ἔμπολιν malim σύμπολιν.

Vs. 1311: ξὺν ἑπτὰ τάξεσι ξὺν ἑπτά τε λόγχαις. An ξὺν ἑπτά τ' ἀσπίσι κτέ? Sic ἀσπὶς et δόρυ iunguntur vs. 1524 sq.

Vs. 1333: πρὸς νύν σε κρηνῶν, πρὸς θεῶν ὁμογνίων
αἰτῶ πιθέσθαι καὶ παρεικαθεῖν.

Fortasse: προς νύν σε κείνων nempe χρηςηρίων (vs. 1331), vel, quod eodem redit, πρός νύν σε χρησμῶν.

Vs. 1361: *τάδ' ὥσπερ ἂν ζῶ*. Immo *ἕωσπερ*, quod est pronuntiandum *βισυλλάβως*.

Vs. 1487: *τί δ' ἂν θέλοις τὸ πιςὸν ἐμφῦναι φρενί;* Scholiastes: *τί τὸ πιςὸν θέλεις ἐμβαλεῖν τῇ φρενὶ ἐκείνου—ἀντὶ τοῦ τί βούλει πιθανὸν ἀνακοινώσασθαι τῷ Θησεῖ*. Estne satis manifestum Schol. legisse *ἐμφῦσαι φρενί*? Neque dubium, opinor, hanc lectionem esse recipiendam.

Vs. 1531: *τῷ προφερτάτῳ μόνῳ*. Recte, ut videtur, Schol.: *τῷ πρεσβυτάτῳ υἱῷ*, non *praestantissimo*, ut interpretatur Elmsleius. Schol. autem non videtur legisse illud *μόνῳ*, sed eius vocabuli loco eum invenisse *γόνῳ* probabiliter statuas.

Vs. 1584: *ὡς λελοιπότα*
κεῖνον τὸν ΑΕΙ βίοτον ἐξεπίςασαι.

Adv. *ἀεὶ* monstrum alere videtur. Requiro epitheton ad *βίοτον;* cogitavi de *αἰνὸν*, sed mihi non plane satisfacio.

Vs. 1604: *ἐπεὶ δὲ παντὸς εἶχε δρῶντος ἡδονήν*. Verba proxime praegressa: *λουτροῖς τε νιν*
ἐσθῆτί τ' ἐξήσκησαν ᾗ νομίζεται.

manu ducunt ad veram lectionem: *ἐ. δ. π. εἶχε χρωτὸς ἡδονήν*. i. e, *quum volupe ei esset per totum corpus*. Perfacilis autem vocabulorum *ΔΡΩΤΟΣ* et *ΧΡΩΤΟΣ* confusio.

Vs. 1636: *ὁ δ' ὡς ἀνὴρ γενναῖος οὐκ οἴκτου μέτα*
κατήνεσεν τάδ' ὅρκιος δράσειν ξένῳ.

Aliquanto magis ad rem foret, nisi fallor: *οὐκ ὄκνου μέτα.*

Antigonae vs. 159: *μῆτιν ἐρέσσων*. Praetulerim: *μῆτιν ἑλίσσων* i. e. *animo volvens consilium*, cl. vs. 231: *τοιαῦθ' ἑλίσσων κτέ*. Vide tamen, an tibi persuadeat Schol. ad h. l.

Vs. 188: *τοῦτο γιγνώσκων ὅτι*
ἥδ' ἐςὶν ἡ σώζουσα καὶ ταύτης ἔπι
πλέοντες ὀρθῆς τοὺς φίλους ποιούμεθα.

Poeta dignius esse arbitror: *θεοὺς φίλους ποιούμεθα.*

Vs. 269: λέγει τις εἷς, ὃς πάντας ἐς πέδον κάρα
νεῦσαι φόβῳ προὔτρεψεν.

Malim: ὃ πάντας κτἑ.

Vs. 313: ἐκ τῶν γὰρ αἰσχρῶν λημμάτων τοὺς πλείονας
ἀτωμένους ἴδοις ἂν ἢ σεσωσμένους.

Fortasse τις pro τοὺς et vs. sq. ἴδοιτ' ἂν pro ἴδοις ἂν substituendum; nam articulus ad πλείονας in hac sententia ferri omnino nequit.

Vs. 413 sq.: ἐγερτὶ κινῶν κτἑ. Vereor, ne ante hos vss., qui male cohaereant cum praegressis, aliquid acciderit.

Vs. 443: κοὐκ ἀπαρνοῦμαι τὸ μή. Grammatica Graeca postulat: τὸ μὴ οὐ. Librarii saepe, non intellecto synizesi, in eiusmodi sententiis omisere necessarium οὐ. Felicius evasit vs. 544: μή τοι μ' ἀτιμάσῃς τὸ μὴ οὐ κτἑ.

Vs. 565: ὅθ' εἵλου σὺν κακοῖς πράσσειν κακά i. e. *quando cum malis mala patrare praeoptasti.* Creon pulchre iam intellexerat insontem esse Ismenen; quare vide an potius scribendum πράσσειν κακῶς i. e. *infelix esse.* Ita quoque melius haec respondent iis, quae dixerat Ismene vs. 563 sq., cl. vs. 567.

Vs. 578: εὖ δὲ τάσδε χρὴ
γυναῖκας εἶλαι μηδ' ἀνειμένας ἐᾶν.

Codd. εἶναι, quod ita correxit Dindorfius; dubito tamen an recte fecerit: nam primo verbum ἴλλειν nusquam significat *custodire*, quae notio h. l. requiritur, deinde huius verbi Aor. 1 apud Atticos quidem, quod sciam, nusquam comparet, apud Homerum est ἕλσαι s. ἐέλσαι cum litera Aeolica. His rationibus motus reponendum puto: γυναῖκας εἶρξαι κτἑ. Cf. v. c. Eurip. Hel. 288.

Vs. 775: φορβῆς τοσοῦτον, ὡς ἄγος μόνον, προθείς,
ὅπως μίασμα πᾶσ' ὑπεκφύγῃ πόλις.

Pro πᾶσ' melius scribetur πᾶν. Quid pro μόνον, quod vocabulum fortasse errore huc illatum est ex vs. 777, reponendum sit, videant alii. Mihi non displiceret ὡς ἄγος μὴ εἶναι, si per synizesin haec proferri posse satis mihi constaret.

Vs. 781 corruptum est *κτήμασι.*

Vs. 797: *ἄμαχος γὰρ ἐμπαίζει θεὸς Ἀφροδίτα.* Fortasse: *ἐνστάζει,* nempe *τὸν ἵμερον.* Cf. Herod. IX: 3 de Mardonio: *ἀλλά οἱ δεινός τις ἐνέστακτο ἵμερος τὰς Ἀθήνας δεύτερα ἑλέειν.*

Vs. 927: *εἰ δ' οἶδ' ἁμαρτάνουσι, μὴ πλείω κακὰ πάθοιεν ἢ καὶ δρῶσιν ἐκδίκως ἐμέ.* Fuerit magis e veterum ingenio: *μὴ μείω κακά κτἑ.*

Vs. 1000: *ἵν' ἦν μοι παντὸς οἰωνοῦ λιμήν.* An *οὐρανοῦ λιμήν?*

Vs. 1003: *καὶ σπῶντας ἐν χηλαῖσιν ἀλλήλους φοναῖς.* Elegantius scripseris: *ἐγχήλοισιν ἀλλήλους φοναῖς.*

Vs. 1224: *εὐνῆς ἀποιμώζοντα τῆς κάτω φθορὰν*
καὶ πατρὸς ἔργα καὶ τὸ δύστηνον λέχος.

Ne bis idem aut fere idem dicat poeta, mutata una litera, scribendum propono: *καὶ τὸ δύστηνον λάχος* i. e. *et miseram* (suam) *sortem.*

Vs. 1256: *καὶ τῆς ἄγαν γάρ ἐστί που σιγῆς βάρος.* Versus spurius, fictus ad interpretanda verba: *εὖ γὰρ οὖν λέγεις.* Cf. vs. 1251 sq.

PHILOCTETIS vs. 43: *ἀλλ' ἢ 'πὶ φορβῆς νόστον ἐξελήλυθεν.* Dictum est *νόστον ἐξελήλυθεν* eadem ratione, qua dicitur *ὁδὸν ἐλθεῖν,* similia; unde sequitur Sophoclem scripsisse: *ἀλλ' ἢ 'πὶ φορβὴν νόστον ἐξελήλυθεν.* Librarii duplicem hunc Accusativum non ferentes, de industria *φορβῆς* scripsisse videntur.

Vs. 54: *τὴν Φιλοκτήτου σε δεῖ*
ψυχὴν ὅπως λόγοισιν ἐκκλέψεις λέγων.

Magnum in paucis poetam sic scribere potuisse, non facile mihi quisquam persuadebit. Multo certe et venustius et rei convenientius foret: *ψυχὴν ὅπως δόλοισιν ἐκκλέψεις λέγων.* Cf. vs. 101 et 102.

Vs. 121: *ἦ μνημονεύεις οὖν ἅ σοι παρῄνεσα;* Lege: *ἦ μνημονεύσεις κτἑ.*

Vs. 144: *νῦν μὲν ἴσως γὰρ τόπον ἐσχατιαῖς προσιδεῖν ἐθέλεις ὅντινα κεῖται.*
Graecorum usus postulat *ν. μ. γὰρ ἴσως τ. ἐσχατιᾶς κτέ.* Pluralem *ἐσχατιαὶ* alibi me legere non memini.

Vs. 304: *οὐκ ἐνθάδ' οἱ πλοῖ τοῖσι σώφροσιν βροτῶν.* Hic versus post vs. 302, 303 sobrio poetae potius fuisset omittendus; quocirca suspicor olim a lectore propter argumenti similitudinem ex alia fabula nunc deperdita adscriptum fuisse in margine, inde vero, ut fit, in textum irrepsisse.

Vs. 583: *πόλλ' ἐγὼ κείνων ὕπο δρῶν ἀντιπάσχω χρηστά γ' οἷ' ἀνὴρ πένης.*
Fortasse: *πολλὰ—χρηστά θ' οἷ' ἀνὴρ πένης.*

Vs. 592: *ὁ Τυδέως παῖς ἥ τ' Ὀδυσσέως βία*, suspectus mihi versus post vocabula: *ἄνδρε, τώδ' ὥπερ κλύεις.* Nempe mercator utriusque nomen iam dixerat vs. 568—572, idque fecerat alta voce ad utrumque (Philoctetem et Neoptolemum); nam vs. 573 demum submissa voce ad solum Neoptolemum loqui occoepit.

Vs. 630: *δεῖξαι νεὼς ἄγοντ' ἐν Ἀργείοις μέσοις.*
Non expedio Genit. *νεώς.* Fortasse legendum: *δεῖξαι 'πὶ νεὼς κτέ.* Non intellecta synizesis causa esse potuit, cur exciderit praepositio.

Vs. 716: *λεύσσων δ' εἴ που γνοίη στατὸν εἰς ὕδωρ ἀεὶ προσενώμα.*
Nondum me poenitet aliquot abhinc annis coniecisse: *ἀεὶ πόδ' ἐνώμα.*

Vs. 1330: *νόσου βαρείας ὡς ἂν αὐτὸς ἥλιος ταύτῃ μὲν αἴρῃ κτέ.*
Ita libri: Brunckius correxit *ἔστ' ἂν κτέ.* Ego malim lenius rescribere *ἕως ἄν*, admissa synizesi.

Vs. 1348: *ἀφῆκας* iam ab aliis ante me in *ἐφῆκας* mutatum esse suspicor. Facilis certe est et evidens correctio.

Vs. 1394: *πείσειν δυνησόμεσθα.* Lege *πείθειν*, si forte nondum aliquis monuit.

Vs. 1448: *κἀγὼ γνώμῃ ταύτῃ τίθεμαι.* Immo vero *γνώμην— τίθεμαι.* Librarium, credo, in errorem induxerat sequens *ταύτῃ.*

Trachiniarum vs. 10:

φοιτῶν ἐναργὴς ταῦρος, ἄλλοτ' αἰόλος
δράκων ἑλικτὸς, ἄλλοτ' ἀνδρείῳ κύτει
βούπρῳρος.

Quo modo huic loco conveniat *ἐναργὴς* s. *manifestus* fateor me non perspicere. Contra eodem iure taurus sibi postulat epitheton ornans, quo illud poeta non denegavit draconi, nec semiviro. Proxime igitur a vero coniecisse mihi videor: *φοιτῶν κεράστης ταῦρος, ἄλλοτ' αἰόλος δράκων ἑλικτός.*

Vs. 79: *ὡς ἢ τελευτὴν τοῦ βίου μέλλει τελεῖν*
ἢ τοῦτον ἄρας ἆθλον εἰς τὸν ὕστερον
τὸν λοιπὸν ἤδη βίοτον εὐαίων' ἔχειν.

Non male scriberetur: *ἆθλον, ὕστατον πόνων*, sed scripseritne poeta sic an aliter, hodie sciri iam nequit.

Vs. 84: *οὐκ εἶ ξυνέρξων ἡνίκ' ἢ σεσώσμεθα*
κείνου βίον σώσαντος ἢ οἰχόμεσθ' ἅμα.

Pro *ἡνίκ'* corrigendum videtur *οὕνεκ'*, quod idem vocabulum minus certum est, an pro eodem rescribendum sit vs. 259. Synizesis in hoc vs. animum mihi addit tentanti locum corruptum Philoctetis vs. 617:

εὐθέως ὑπέσχετο
τὸν ἄνδρ' Ἀχαιοῖς τόνδε δηλώσειν ἄγων·
οἴοιτο μὲν μάλισθ' ἑκούσιον λαβών,
εἰ μὴ θέλοι δ' ἄκοντα.

in quo loco non tantum culpo Grammaticam rationem, sed praeterea minus recte sagacissimus Ulysses in Argivorum concione spem vagam ut opinionem suam in re incertissima prodere mihi videtur. Praeplaceret mihi saltem, si admissa synizesi legeretur:

δηλώσειν ἄγων·
εἰ οἷόν τε μὲν μάλισθ' ἑκούσιον λαβών,
εἰ μὴ θέλοι δ' ἄκοντα.

Ibid. vs. 648 nescio quo errore vulgatur: *τί τοὖθ' ὃ μὴ νεώς γε τῆς ἐμῆς ἔνι*, ubi fere pudet me monere rescribendum esse *ἔπι*. Sed redeundum ad Trachinias.

Vs. 143: *μήτ' ἐκμάθοις—νῦν δ' ἄπειρος εἶ*. Graecum est: *νῦν τ' ἄπειρος εἶ*.

Vs. 144: *τὸ γὰρ νεάζον ἐν τοιοῖσδε βόσκεται*
χώροισιν αὑτοῦ, καί νιν οὐ θάλπος θεοῦ
—οὐδὲν κλονεῖ.

Certa emendatione rescribo: *χώροις, ἵν' αὔτ' οὐκ αἰνινου θάλπος θεοῦ κτἑ.* Corruptum manet *αἰνινου*, quod alii fortasse emendabunt. Ipse cogitavi de *αἰθρίου*, sed mihi non satisfacio.

Vs. 164: *χρόνον προτάξας ὡς τρίμηνον ἡνίκα*
χώρας ἀπείη κἀνιαύσιος βεβώς.

Particula *ὡς* i. e. *fere* h. l. absona est. Scripserim *μοι*; pro *τρίμηνον* requiri *τρίμηνος* perspexit iam olim Wakefieldius.

Vs. 169, 170: *τοιαῦτ'—πόνων* abesse malim.

Vs. 225: *οὐδέ μ' ὄμματος φρουρὰ παρῆλθε τόνδε μὴ λεύσσειν ςόλον*. Optime Musgravius *φρουράν*, sed praeterea scribendum: *μὴ οὐ λεύσσειν*.

Vs. 230 vocabula: *κατ' ἔργον κτῆσιν* monstrum alunt.

Vs. 246: *τὸν ἄσκοπον*
χρόνον βεβὼς ἦν ἡμερῶν ἀνήριθμον.

Fortasse: *τὸν ἄσπετον κτἑ.*

Vs. 266: *—τῶν ὧν τέκνων λίποιτο πρὸς τόξου κρίσιν*.

Suspicor: *πρὸς τόξου 'ρυσιν* (i. e. *ἔρυσιν*)

Vs. 338: *τούτων ἔχω γὰρ πάντ' ἐπιςήμην ἐγώ*. Pro *πάντ'* suspicor: *κάρτ'*.

Vs. 365: *δόμους ὡς τούσδε*.

Lege: *ἐς*.

Vs. 368: *εἴπερ ἐντεθέρμανται πόθῳ*. Immo vero *ἐκτεθέρμανται*, cf. Timaei locum ap. Athen. II, p. 37^b.

Vs. 394: *ὡς ἕρποντος εἰσορᾷς ἐμοῦ*. Distinguendum: *ὡς ἕρποντος, εἰσορᾷς, ἐμοῦ* cum Schaefero.

Vs. 408: τοῦτ' αὖτ' ἔχρῃζον τοῦτό σου μαθεῖν. Fort. τοῦτ' ἆρ' ἔχρῃζον αὐτό κτἑ.

Vs. 419: ἣν ὑπ' ἀγνοίας ὁρᾷς. Sententia suadet: ἣν ἔτ' ἀγνοεῖν δοκεῖς i. e. *quam adhuc ignorare te simulas;* sed eadem non respuit: ᾗσπερ ἄγνοιαν θροεῖς, vel ᾗσπερ ἀγνοεῖς γονάς; ita ut nihilquidquam certum sit, et manum abstinere praestet.

Vs. 554: ᾗ δ' ἔχω, φίλαι, λυτήριον λύπημα τῇδ' ὑμῖν φράσω. Conieci: λυτήρι' οὐ λυπηρὰ τοῦδ', ὑμῖν φράσω, i. e. *innocua istius rei remedia.* Forsan tamen praestat: λυτήριον κήλημα τῇδ' ὑμῖν φράσω.

Vs. 562: τὸν πατρῷον ἡνίκα ϛόλον ξὺν Ἡρακλεῖ—ἑσπόμην.

An ἡνίκ' ἐς δόμον? ut significetur Herculis domus paterna.

Vs. 603: ὅπως φέρῃς μοι τόνδε ταναΰφῆ πέπλον, δώρημ' ἐκείνῳ τἀνδρὶ τῆς ἐμῆς χερός.

De marito suo Deianiram non dixisse ἐκείνῳ τἀνδρὶ manifestum est. Ambigo, sitne rescribendum ἐκεῖσε, an lateat adiectivum pertinens ad δώρημα v. c. καινὸν (cf. vs. 613) vel σεμνόν.

Vs. 676: τοῦτ' ἠφάνιϛαι διάβορον πρὸς οὐδενὸς τῶν ἔνδον, ἀλλ' ἐδεϛὸν ἐξ αὑτοῦ φθίνει.

Expectaveram τῶν ἐκτός i. e. *nulla re extranea.* Sed praeterea haereo in inutili additamento ἐδεϛόν post διάβορον. Fac illud vocabulum huius esse glossema, et scripsisse Sophoclem:

τοῦτ' ἠφάνιϛαι διάβορον πρὸς οὐδενὸς
τῶν ἐκτόπων ἀλλ' αὐτὸν ἐξ αὑτοῦ φθίνει.

Cf. vs. 1132: αὐτὴ πρὸς αὑτῆς, οὐδενὸς πρὸς ἐκτόπου.

Vs. 689: ἔχρισα μὲν κατ' οἶκον ἐν δόμοις κρυφῇ. Fortasse: ἔνδοθεν; cf. vs. 686.

Vs. 707: πόθεν γὰρ ἄν ποτ' ἀντὶ τοῦ κτἑ. Lege: ἢ ἀντὶ τοῦ κτἑ.

Vs. 766: κἀπὶ πιείρας δρυός. Conieci πισσήρους, cl. Aesch. Choeph. vs. 266, sed fortasse nihil mutandum.

Vs. 810: *θέμις δ', ἐπεί μοι τὴν θέμιν σὺ προὔβαλες.* Fort. *προὐσελεῖς*, ut *μοι* sit Dat. ethicus. Si contra sanum est *προὔβαλες*, non male Wunderus ci. *τὴν ἔριν;* nisi quod et lenius et melius correxeris: *τήνδ' ἔριν.*

Vs. 869: *τήνδ' ὡς ἀήθης καὶ συνωφρυωμένη κτἑ.* Wunder. *ἀηδής.* Si ita scripsit Sophocles, huic vocabulo novam tribuisse significandi potestatem putandus est. Solet enim *ἀηδής*, quantum equidem memini, semper et ubique ab antiquioribus adhiberi de iis rebus personisve, *quae fastidium atque nauseam nobis creant*, nusquam contra significare *tristis*. Est vero Sophocles et in aliis audax novator, et in Oedipi Regis vs. 82 praeter consuetudinem *ἡδὺν* dixit, quem alii *φαιδρὸν* s. *εὔφρονα* vocare solent, ususque est ea voce de *laeto nuntio;* ita ut nihil sit, quod miremur, si *tristem nuntium* loco nostro vocaverit *ἀηδῆ*. Ipse cogitaveram de reponendo *ἀγηθής* s. *ἀγαθής;* sed, quamvis *πολυγηθής*, *εὐγαθής* et *εὐγάθητος* tragicis minime ignota sint, *ἀγαθής* omni destitutum est auctoritate.

Vs. 878: *Τάλαιν' ὀλεθρία τίνι τρόπῳ θανεῖν σφε φῄς,* Iam alibi docui scribendum esse: *τάλαιν' ὀλέθρου τίνι τρόπῳ κτἑ.* i. e. *quo genere mortis.*

Vs. 925: *λύει τὸν αὑτῆς πέπλον, [ᾧ χρυσήλατος*
προὔκειτο μαστῶν περονίς] ἐκ δ' ἐλώπισεν κτἑ.

Verba, quae uncinis sepsi, si sint Sophoclea, minus recte a poeta addita esse, iure contendas.

Vs. 943: *ὥστ' εἴ τις δύο*
ἢ καί τι πλείους ἡμέρας λογίζεται.

Lege: *ἢ κἄτι πλείους κτἑ.*

Vs. 958: *μὴ ταρβαλέα θάνοιμι*
μοῦνον εἰσιδοῦσ' ἄφαρ.

Verte: *ne solo adspectu Herculis repente moriar prae metu.* Frustra tentatur locus sanissimus.

Vs. 969: *τί χρή, θανόντα νιν ἢ καθ'*
ὕπνον ὄντα κρῖναι;

Ita libri; quae lectio cum metro adversaretur, recepta est

Bothii, si recte memini, παραδιόρθωσις reponentis θάνατον. Nam κατὰ θάνατον εἶναι pro τεθνηκέναι Graecum non esse satis, credo, constat. Quid igitur? Θανόντα, si me audis, est glossema vocabuli minus vulgaris, scripsitque, ni multum fallor, Sophocles: τί χρή, φθίμενόν νιν ἢ κάθυπνον (sic recte Dobraeus) ὄντα κρῖναι; Cf. vs. antistr. 963, ubi nescio annon praestet scribere πρόκλαον more Sophocleo sine augmento, quia apud hunc poetam carminum strophicorum et antistrophicorum singulae syllabae sibi respondere solent.

Vs. 987: ἆρ' ἐξήδης ὅσον κτέ. Lege: ἐξήδησθ' ὅσον.

Vs. 1015: οὐδ' ἀπαράξαι κρᾶτα βίου θέλει
μολὼν τοῦ στυγεροῦ; φεῦ φεῦ.

Fortasse μολών corruptum est ex: λύων (με), ut Genitivus βίου τοῦ στυγεροῦ habeat, unde suspensus sit.

Vs. 1046: ὦ πολλὰ δὴ καὶ θερμὰ κοὐ λόγῳ κακὰ κτέ. Quod reponendum suspicabar: καὶ λόγων πέρα, iamdudum ante me proposuisse Wunderum nunc video. Certa est, si qua alia, emendatio.

Vs. 1175: δεῖ σ' αὖ γενέσθαι. Particula αὖ non est huius loci. Fortasse transponendum: σε δεῖ γενέσθαι τῷδε τἀνδρὶ σύμμαχον.

Addantur haec pauca:

Electrae vs. 170: τί γὰρ οὐκ ἐμοὶ ἔρχεται ἀγγελίας ἀπατώμενον; ἀεὶ μὲν γὰρ ποθεῖ, ποθῶν δ' οὐκ ἀξιοῖ φανῆναι. Fortasse: τί γὰρ οὐχί μοι ἔρχεται (scil. Orestes) ἀγγελίαις ἀπατωμένῃ; ἀεὶ κτέ. vel, quod eodem redit: ἀγγελίαις ἀπατῶν μ' ἀεί; ἀεὶ μὲν κτέ. Quod interpretantur: *quid mihi mittitur nuntiorum, quod non fallatur?* ita Graece dici posse sine idoneis exemplis nemo mihi persuadebit.

Vs. 838: ἕρκεσι κρυφθέντα γυναικῶν. Immo: γυναικός (Eriphyles).

Vs. 1208: *μὴ πρὸς γενείου μὴ 'ξέλῃ τὰ φίλτατα.* Malim *μ' ἐξέλῃ.*

Vs. 1200: *μόνος βροτῶν νυν ἴσθ' ἐποικτείρας ποτέ.* Vocula *ποτέ* nata ex interpretatione. Lege *ἐμέ.*

Antigonae vs. 929:

ἔτι τῶν αὐτῶν ἀνέμων αὐταὶ
ψυχῆς ῥιπαὶ τήνδε γ' ἔχουσι.

Malim: *ψυχὴν ῥιπαὶ τῆσδε γ'.*

Vs. 1068: *ἀνθ' ὧν ἔχεις μὲν βαλὼν—κατῳκισας.* Potius scripserim: *καὶ οἰκίσας.*

Vs. 960: *δεινὸν ἀποστάζει ἀνθηρόν τε μένος.* Cogitavi de reponendo: *ἀτηρόν τε μένος.* At nihil opus est mutatione.

Trachin. vs, 768:

ὥστε τέκτονος.

An *ὡς ἐκ τέκτονος?*

Philoctetis vs. 667: *παρέσται ταῦτα σοι καὶ θιγγάνειν καὶ δόντι δοῦναι κἀξεπεύξασθαι κτέ.*

Monstrum alunt vocabula: *καὶ δόντι δοῦναι.* Sensus enim, quem continent, ne quid gravius dicam, subineptus est. Poeta certe dignius fuerit: *κἄχοντι* (i. e. *καὶ ἔχοντι*) *τεῖναι κἀτ' ἐπεύξασθαι κτέ.*

Vs. 1092: *εἴθ'—*

ἕλωσι μ'. οὐ γὰρ ἴσχω.

Lege: *μ' ἕλοιεν κτέ.*

CAPUT IX.

CONIECTURAE IN EURIPIDEM.

HECUBAE vs. 209:

γᾶς ὑποπεμπομέναν σκότος ἔνθα νεκρῶν μέτα
ἁ τάλαινα κείσομαι.

Variant libri inter σκότος, σκότον et σκότῳ. Verum videtur κάτω. Similiter Cobetus corrigit Helen. vs. 62.

Vs. 279: ταύτῃ γέγηθα κἀπιλήθομαι κακῶν. Cf. Orest. vs. 66: ταύτῃ γέγηθε κἀπιλήθεται κακῶν, unde nescio an in margine olim adscriptus, huc mutatis personis invectus sit. Omissum certe hunc versum nemo desideret.

Vs. 361: τὴν Ἕκτορός τε χἀτέρων ΠΟΛΛΩΝ κάσιν. Haud dubie verum est ΠΡΟΜΩΝ i. e. πρόμων; cf. Troad. 31 et passim apud tragicos.

Vs. 398: ὁποῖα κισσος δρυὸς ὅπως τῆσδ' ἕξομαι.
Male abundat aut ὁποῖα aut ὅπως. Suspicor: ὁποῖα κ. δ. ἐπεὶ κτέ. vel ὁ. κ. δ. ὅμως κτέ.

Vs. 527: πλῆρες δ' ἐν χεροῖν λαβὼν δέπας
πάγχρυσον αἴρει χειρὶ παῖς Ἀχιλλέως
χοὰς θανόντι πατρί.

Cod. A...ρει (in rasura ε posuit m. 2 suprascripto ρ), c. habet αἴρει, ceteri ἔρρει. Neutra lectio sana est, nec χειρὶ post ἐν χεροῖν ferri posse arbitror. Conieci:

λαβὼν δέπας
πάγχρυσον εἶτ' ἐχεῖτο παῖς Ἀχιλλέως
χοὰς θανόντι πατρί.

Vs. 680: εἴ—ἐλπίδας. Remoto hoc versu, lucrabitur tragoedia.

Vs. 973: *εἰ τῆς τεκούσης τῆσδε μέμνηται τί μου.* Post *τῆσδε* male abundat pron. *μου*. Scripserim: *τί που*. Repetitum est *μου* e vs. praecedenti.

Orestis vs. 30:

πείθει δ' Ὀρέστην (scil. *Φοῖβος*) *μητέρ', ἥ σφ' ἐγείνατο,*
κτεῖναι πρὸς οὐχ ἅπαντας εὔκλειαν φέρον.

Scripserim *ἅπαντος* et *φέρων*. Dictum est *εὔκλειαν φέρειν* eodem sensu, quo hac locutione utitur Sophocles Ai. 431, quoque dicitur *κέρδος, μισθὸν, χάριν φέρειν*, similia. Mox deleverim vs. 33 manifesto spurium (cf. quae disputavi Mnem. IV, p. 359).

Vs. 383: *ἱκέτης ἀφύλλου στόματος ἐξάπτων λιτάς·* Intelligam cum Reiskio *ἀφύλλους—λιτάς*.

Vs. 485: *βεβαρβάρωσαι, χρόνιος ὢν ἐν βαρβάροις.* Praeferenda videtur varia lectio *ἀφ' Ἑλλάδος*.

Vs. 746: *μή' μ' ἰδεῖν θανόνθ' ὑπ' ἀστῶν καὶ κασιγνήτην ἐμήν.* Schol. interpretatur *μὴ ἀνέξεσθαι*, quare Gentius Mnem. V, p. 441 infeliciter admodum coni. *μή μ' ἐᾶν θανεῖν*. Si quid mutandum esset, longe melius suspicareris: *μή' μέ περιιδεῖν θανόντα καὶ κασιγνήτην ἐμήν*. Sed satis vulgatam lectionem tuetur vs. 1339 huius fabulae:

σῇ μητρὶ προσπεσοῦσα τῇ μέγ' ὀλβίᾳ
Μενέλαον ἡμᾶς μὴ θανόντας εἰσιδεῖν,

et Med. vs. 712 *καὶ μή μ' ἔρημον ἐκπεσοῦσαν εἰσίδῃς*.

Vs. 817: *θανάτου δ' ἀμφὶ φόβῳ.* In carmine strophico respondere debet vs. 805: *ἦλυθε Ταντολίδαις;* quare scripserim: *φασγάνου ἀμφὶ φόβῳ*. Codd. variant inter *δ'* et *γάρ;* quorum neutrum loco convenit. Quam rem bene intellexit interpres Latinus apud Didotium.

Vs. 907: *ὅταν γὰρ ἡδὺς τοῖς λόγοις φρονῶν κακῶς*
πείθῃ τὸ πλῆθος, τῇ πόλει κακὸν μέγα.

Legatur: *ἡδύς τις λόγοις*.

Vs. 961: τιθεῖσα λευκὸν ὄνυχα διὰ παρηίδων. Malim: λευκῶν κτὲ. cf. Med. 913: ςρέψασα λευκὴν ἔμπαλιν παρηίδα.

Vs. 1033: θανούμεθ᾽· οὐχ οἷόν τε μὴ ςένειν κακά. Grammatica Graeca requirit: — μὴ οὐ ςνειν κακά.

Vs. 1041: οὐδὲν σοῦ ξίφους λελείψομαι. Sententia suadet: θράσους pro ξίφους. Cf. vs. 1084: ἢ πολὺ λέλειψαι τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.

Vs. 1102: μενῶ· τόν ἐχθρὸν εἴ τι τιμωρήσομαι. Lege: εἴ γε τιμ.

Vs. 1140: ὁ μητροφόντης δ᾽ οὐ καλεῖ κτὲ. Observa usum articuli in talibus, ubi in linguis recentioribus omittere solemus. Similiter Heracl. vs. 1014 ἄγ᾽ (ἀττ᾽ leg. cum Cobeto) εἶπας ἀντήκουσας· ἐντεῦθεν δὲ χρὴ τὸν προςρόπαιον τόν τε γενναῖον καλεῖν, et ibidem vs. 987: καὶ τὴν φρονοῦσαν μεῖζον ἢ γυναῖκα χρὴ λέξει.

Vs. 1224: (Πυλάδη· σὺ γὰρ δὴ συμπονεῖς ἐμοὶ πόνους) inutilis est et misere languet.

Vs. 1251: ςῆθ᾽ αἱ μὲν ὑμῶν τόνδ᾽ ἁμαξήρη τρίβον. Fortasse: σχέθ᾽ αἱ μὲν κτὲ.

Vs. 1287: ἆρ᾽ εἰς τὸ κάλλος ἐκκεκώφηται ξίφη; Pessime editores optimam Aristophanis Grammatici lectionem ἐκκεκώφωται, quam servavit Schol. Cod. *A* f. 67ᵃ, posthabuerunt malesanae librorum scripturae.

Vs. 1350: πρὶν ἐτύμως ἴδω τὸν Ἑλένας φόνον
καθαιμακτὸν ἐν δόμοις κείμενον.

Vocabulum φόνον errore natum videtur e praegresso φόνος, quod legitur in fine vs. 1347. Sententiae loci unice convenit νεκρόν.

Vs· 1434: σκύλων Φρυγίων ἐπὶ τύμβον ἀγάλ—
ματα συςολίσαι χρήζουσα λίνῳ,
φάρεα πορφύρεα, δῶρα Κλυταιμνήςρᾳ.

Elegantius scripseris: ἐπιτύμβι᾽ ἀγάλματα κτὲ.

Vs. 1613: Men. ὦ τλῆμον Ἑλένη. Orest. τἀμὰ δ᾽ οὐχὶ τλήμονα; Menel. Σοὶ σφάγιον ἐκόμισ᾽ ἐκ Φρυγῶν, — Orest. εἰ

γὰρ τόδ' ἦν. Menel. πόνους πονήσας μυρίους. κτέ. Menelaus suam persequitur orationem, non respondens Oresti, sed per prosopopoeam ad Helenam se convertens. Scripserat igitur poeta: Σὲ σφάγιον κτέ.

Vs. 1643 sqq.: σὲ δ' αὖ χρεών
Ὀρέστα γαίας τῆσδ' ὑπερβαλόνθ' ὅρους
Παρράσιον οἰκεῖν δάπεδον ἐνιαυτοῦ κύκλον·
κεκλήσεται δὲ σῆς φυγῆς ἐπώνυμον.
[Ἀζᾶσιν Ἀρκάσιν τ' Ὀρέστειον καλεῖν].

Uncinis sepsi versum procul dubio spurium, collato loco simili et eiusdem argumenti ex Electra vs. 1273 sqq.:

Σὲ δ' Ἀρκάδων χρὴ πόλιν ἐπ' Ἀλφειοῦ ῥοαῖς
οἰκεῖν Λυκαίου πλησίον σηκώματος·
ἐπώνυμος δέ σου πόλις κεκλήσεται.

Phoenissarum vs. 174: σφάγια δ' ἅμ' αὐτῷ, γῆς φιλαίματοι ῥοαί. Malim: γῆς φιλαιμάτου χοαί, collato vs. 933: σφαγέντα φόνιον αἷμα γῇ δοῦναι χοάς.

Vs. 382: δεῖ φέρειν τὰ τῶν θεῶν.

Rem non admodum difficilem! At scribendum τὰκ τῶν θεῶν, quod quale sit, fugiet neminem.

Vs. 517: πᾶν γὰρ ἐξαιρεῖ λόγος,
ὃ καὶ σίδηρος πολεμίων δράσειεν ἄν.

Corrigatur: ὃ κἂν σίδηρος — ἄν.

Vs. 541: καὶ γὰρ μέτρ' ἀνθρώποισι καὶ μέρη σταθμῶν
ἰσότης ἔταξε κἀριθμὸν διώρισε.

Nisi egregie fallor, reponendum βάρη σταθμῶν = σταθμά.

Vs. 1000: ὡς οὖν ἂν εἰδῆτ' εἶμι καὶ σώσω πόλιν
ψυχήν τε δώσω τῆσδ' ὑπερθανεῖν χθονός.

Duo versus manifesto spurii, nam et cum superioribus male cohaerent, et Menoeci orationem vehementer turbant. Praeterea parum eleganter scribitur εἶμι καὶ σώσω πόλιν, ubi proxime praecesserat — εἶμι καὶ σώσω βίον, nec multo post sequitur vs. 1009: ἀλλ' εἶμι κτέ.

Vs. 1282: *θανοῦσι δ' αὐτοῖς συνθανοῦσα κείσομαι.* Pronomine *αὐτοῖς* h. l. nihil opus est, quare praetulerim: *θανοῦσι δ' αὐτῇ συνθανοῦσα κείσομαι.*

Vs. 1581: *πολλῶν κακῶν κατῆρξεν Οἰδίπου δόμοις τόδ' ἦμαρ· εἴη δ' εὐτυχέστερος βίος.* Diversissimis modis prior horum versuum scribitur in codd., sed nihil attinet investigare, quaenam ratio ceteris praestet, siquidem uterque versus in interpolatoris nescio cuius cerebro natus esse videtur. Ut ita statuam, triplici causa moveor; nam primo loco vera non sunt, quae chorus dixisse creditur: *πολλῶν ὑπῆρξεν—τόδ' ἦμαρ.* Secundo ad *βίος* addenda fuissent vocabula *ὁ λοιπός.* Tandem Creontis verba: *οἴκτων μὲν κτέ.* melius statim sequuntur post Oedipi et Antigonae lamentationes.

Medeae vs. 107: — *τί ποτ' ἐργάσεται*
μεγαλόσπλαγχνος δυσκατάπαυστος
ψυχὴ δηχθεῖσα κακοῖσιν;

Medeae ingenio fortasse melius convenit *μελανόσπλαγχνος.* Cf. Aesch. Choeph. 407.

Vs. 169: *κλύεθ' οἷα λέγει κἀπιβοᾶται*
Θέμιν εὐκταίαν Ζῆνά θ' ὃς ὅρκων
θνητοῖς ταμίας νενόμισται,

Haec verba aperte pugnant cum v. 161: *ὦ μεγάλα Θέμι καὶ πότνι' Ἄρτεμι κτέ.* Suspicor: *Θέμιν εὐκταίαν Ζηνός, ὃς κτέ.* Similiter vs. 210 legitur: *τὰν Ζηνὸς ὁρκίαν Θέμιν* et vs. 765: *ὦ Ζεῦ Δίκη τε Ζηνὸς Ἡλίου τε φῶς.*

Vs. 239: *ἐς καινὰ δ' ἤθη καὶ νόμους ἀφιγμένην*
δεῖ μάντιν εἶναι, μὴ μαθοῦσαν οἴκοθεν,
ὅτῳ μάλιστα χρήσεται ξυνευνέτῃ.

Si recte intelligo Medeae mentem, hoc dicit, mulieri peregre profectae, rem difficillimam esse cognitu, qua potissimum ratione mariti animum sibi conciliet, quippe quae rudis sit mo-

rum institutorumque peregrinorum. Legendum igitur: *ὅπως μάλιϛα κτέ.* Ita demum recte sequitur:

— *τάδ' ἡμῖν ἐκπονουμέναισιν εὖ.*

Si contra vulgatam retinueris, bis idem dicet Medea. Dixerat enim iam vs. 235:

κἀν τῷδ' ἀγὼν μέγιϛος, ἢ κακὸν λαβεῖν
ἢ χρηϛόν.

Articulus omissus (*ξυνευνέτῃ* pro *τῷ ξυνευνέτῃ*) non magis hic offensionem habet in poeta tragico quam v. c. 256: *ὑβρίζομαι πρὸς ἀνδρός* et alibi passim.

Vs. 264: *κακὴ δ' ἐς ἀλκὴν κτέ.* Pro *δ'* lege *τ'*, nam praegressae voculae *μὲν* respondet *δ'* vs. 266: *ὅταν δ' ἐς εὐνὴν κτέ.*

Vs. 291: *ἢ μαλθακισθέντ' ὕϛερον μέγα ϛένειν.* Malim *μεταϛένειν*, cf. Med. 996; Aesch. Eum. 59.

Vs. 322: *μὴ λόγους λέγε.* Fortasse: *πλέκε* i. e. *necte* legendum est.

Vs. 384: *δόμους ὑπερβαίνουσα καὶ τεχνωμένη* non uno indicio spurius esse arguitur.

Vs. 408: *τοῖς Σισυφείοις τοῖς τ' Ἰάσονος γάμοις.* Lego: *τοῖσδ' Ἰάσονος κτέ.* Sequitur:

γεγῶσαν ἐσθλοῦ πατρὸς Ἡλίου τ' ἄπο,
ἐπίϛασαι δέ· πρὸς δὲ καὶ πεφύκαμεν
γυναῖκες κτέ.

Coniicio: *ἔπειτ' ἄνασσαν· πρὸς δὲ κτέ.*

Vs. 602 sqq. Iasoni dicenti: *αὐτὴ τάδ'* (nempe *τὴν φυγὴν*) *εἵλου· μηδὲν ἄλλον αἰτιῶ* respondet Medea: *τί δρῶσα; μῶν γαμοῦσα καὶ προδοῦσά σε;* *Nubere* Graecis est *γαμεῖσθαι* non *γαμεῖν*, et male iungitur Part. Praes. cum Praeterito. Tento: *μῶν γάμοισι καταπροδοῦσά σε;* vel *μῶν γάμοισί που προδοῦσά σε;* i. e. *num forte novis te nuptiis prodens?* (qua iniuria tu me affecisti).

Vs. 779 et sq.: *γάμους—ἐγνωσμένα.* Hi duo vss., metricam interpretationem continentes vs. 778 *ὡς—ἔχει*, una litura delendi. Priorem horum versuum iam alii spurium esse agnoverunt.

Vs. 846: πῶς οὖν ἱερῶν ποταμῶν
ἢ πόλις ἢ φίλων
πόμπιμός σε χώρα
τὸν παιδολέτειραν ἕξει
τὰν οὐχ ὁσίαν μετ' ἄλλων.

Iam aliquot abhinc annis docui scribendum esse τὰν οὐχ ὁσίαν μεθ' ἁγνῶν (Mnem. IV, p. 368). Ibidem coniiciebam vs. 1073 sic legendum esse: εὐδαιμονοίτην (vulgo οἶτον) ἀλλ' ἐκεῖ, τὸ δ' ἐνθάδε (nempe εὐδαιμονεῖν) πατὴρ ἀφεῖλεθ', pro vulgata τὰ δ' ἐνθάδε, neque hodie sententiam muto.

Vs. 1170: καὶ μόλις φθάνει
θρόνοισιν ἐμπεσοῦσα μὴ χαμαὶ πεσεῖν.

Malim ἐμπίτνουσα κτέ. vel πίτνειν in fine versus.

Vs. 1193: ῥῖψαι θέλουσα ςέφανον, ἀλλ' ἀραρότως
σύνδεσμα χρυσὸς εἶχε.

Imo vero σύνδεσμα χρυσοῦν (i. e. ὁ ςέφανος) εἶχεν ἀραρότως i. e. *firmiter inhaerebat capiti* miserae sponsae.

Hippolyti vs. 324 Phaedrae dicenti: Ἔα μ' ἁμαρτεῖν respondet nutrix: οὐ δῆθ' ἑκοῦσά γ', ἐν δὲ σοὶ λελείψομαι. Hanc lectionem doctissima adnotatione frustra tueri conatur Valckenaerius. Nam viri summi interpretatio: *Phaedra tamen iudice vincar* manifesto pugnat cum versu sequenti: τί δρᾷς; βιάζει χειρὸς ἐξαρτωμένη; Verum esse puto id, quod iam olim coniectum est: οὐ δῆθ' ἑκοῦσά γ', οὐδὲ σοῦ λελείψομαι.

Vs. 371: ἄσημα δ' οὐκέτ' ἐςὶν οἷ φθίνει τύχα
Κύπριδος κτέ.

Iam alibi monui scribendum esse: ἔσθ' ὅτι φθίνεις τέχνᾳ κτέ.

Vs. 378: καί μοι δοκοῦσιν οὐ κατὰ γνώμης φύσιν
πράσσειν κάκιον, ἔςι γὰρ τό γ' εὖ φρονεῖν
πολλοῖσιν κτέ.

Sentententia postulat πράσσειν κακίον' i. e. *agere deteriora.* Vulgata lectio significat: *fortuna uti deteriore.*

Vs. 659: ἐς' ἂν ἔκδημος χθονὸς Θησεύς, ἄπειμι. Graecum erit ἐκδημῇ κτέ. aut lenius: ἐς' ἂν ᾖ 'κδημος, sed illud praetulerim.

Vs. 741 sqq.: ἔνθα πορφύρεον ςαλάσσουσ'
εἰς οἶδμα πατρὸς τριτάλαιναι
κόραι Φαέθοντος οἴκτῳ δακρύων
τὰς ἠλεκτροφαεῖς αὐγάς.

Pro ultimo vocabulo substituendum aut παγάς, cf. Alc. 1071; Aesch. Prom. 401; Agam. 961; Soph. Ant. 797; Trach. 849; aut (quod aptius iungi videtur cum verbo ςαλάσσειν) ἄχνας, cl. Soph. Trach. 844.

Vs. 758: ἢ γὰρ ἀπ' ἀμφοτέρων ἢ
Κρησίας ἐκ γᾶς δύσορνις
ἔπτατο κλεινὰς Ἀθάνας.

Verba pessime depravata, tento in hunc modum:
ἦ γὰρ ἀπ' ἀμφιρύτου ναῦς
'Κρησίας ἀκτᾶς δύσορνις
ἔπτατο κλεινὰς Ἀθάνας.

Verbum πέτεσθαι de nave usurpatum, ut Med. vs. 1: εἴθ' ὤφελ' Ἀργοῦς μὴ διαπτάσθαι σκάφος.

Vs. 1032: εἰ δ' ἥδε κτέ. — 1035 ἡμεῖς — ἐχρώμεθα spurios esse iudico.

Andromedae vs. 25: πλαθεῖσ' Ἀχιλλέως παιδί, δεσπότῃ γ' ἐμῷ. Codd. τ' ἐμῷ, quod male Brunckius refinxit in γ' ἐμῷ. Constans Graecorum usus postulat δ' ἐμῷ.

Vs. 27: ἐλπίς μ' ἀεὶ προσῆγε σωθέντος τέκνου
ἀλκήν τιν' εὑρεῖν κἀπικούρησιν κακῶν.

Fortasse scribendum παρῆγε et κἀπικούφισιν. Cf. O. T. 218: ἀλκὴν λάβοις ἂν κἀνακούφισιν κακῶν.

Vs. 224: *καὶ μαςὸν ἤδη πολλάκις νόθοισι σοῖς ἐπέσχον.*

Suspicor: *καὶ μαςὸν τόνδε κτἑ.* vel: *καὶ μαστὸν ἥδε κτἑ.*

Vs. 707: *δείξω δ' ἐγώ σοι μὴ τὸν Ἰδαῖον Πάριν ἥσσω νομίζειν Πηλέως ἐχθρόν ποτε.*

Pro *ἥσσω* manifesto requiritur *μείζω*, quod, dum exstat in cod. Palatino *B*, male spretum est ab editoribus. Vulgata est interpretamentum vocabulorum *μὴ—μείζω.*

Vs. 720: *βοῦν ἢ λέοντ' ἤλπιζες ἐντείνειν βρόχοις.* Fort.: *ἐγκλῄειν βρόχοις;* cl. vs. 492: *ἅδ' ἐγὼ χέρας αἱματηρὰς βρόχοισι κεκλῃμένα πέμπομαι κατὰ γαίας.*

Vs. 1001 sqq.: *ὁ μητροφόντης—δείξει.* Malim *δείξω.*

Vs. 1171: *αὐτός τε κακοῖς πήμασι κύρσας, εἰς ἓν μοίρας συνέκυρσας.*

Particip. *κύρσας* errore librarii e seq. vs. huc illatum esse animadvertit iam Kirchhoffius. Ego non video, quid melius substitui possit quam *πληγείς.*

Supplicum vs. 17:

νεκροὺς δὲ τοὺς ὀλωλότας δορὶ θάψαι θέλουσι τῶνδε μητέρες χθονί.

Graecum esse nego *θάψαι — χθονί.* Interpretamentum quantocyus cedat genuinae et frequentissimae apud tragicos locutioni *κρύψαι χθονί* (= *θάψαι*). Cf. vs. 531, 443. Sequitur:

κοινὸν δὲ φόρτον ταῖσδ' ἔχων χρείας ἐμῆς, Ἄδραςος ὄμμα δακρυσιν τέγγων ὅδε κεῖται.

Coniicio *κ. δ. φ. τ. ἔχων χρείας ἐμοῦ—κεῖται,* cl. loco Aeschyleo Choeph. vs. 474: *κἀγὼ πάτερ τοιάνδε σου χρείαν ἔχω.* Adde Med. 1319 et Suppl. 127.

Vs. 174: *ἀλλ' ὡς νεκροὺς θάψωσιν, ὧν αὐτὰς ἐχρῆν κείνων ταφείσας χερσὶν ὡραίων τυχεῖν.*

Quanto melius scriberetur: *κεδναῖς ταφείσας χερσὶν κτἑ.*! Sin minus, certe corrigendum: *ἃς αὐτὰς κτἑ.*

Vs. 401 sqq.: *Ἐτεοκλέους θανόντος ἀμφ' ἑπταςόμους*
πύλας ἀδελφοῦ χειρὶ Πολυνείκους ὕπο.
Praetulerim: *ἀδελφῇ χειρὶ κτέ.*

Iphigeniae in Aulide vs. 786 sqq.:
ἐλπὶς—οἵαν αἱ πολύχρυσοι
Λυδαὶ καὶ Φρυγῶν ἄλοχοι
ςήσουσι παρ' ἱςοῖς,
μυθεῦσαι τάδ' ἐς ἀλλήλας.

Scripserim: *σχήσουσι παρ' ἱςοῖς κτέ.* In proxime praegressis: *ἃ δὲ Διὸς Ἑλένα κόρα πολύκλαυτος ἔσεῖται* vide an scribendum sit *ἑδεῖται* (Fut. ab *ἵζω*, ut *καθεδεῖται* a *καθίζω*). Fortasse tamen locus interpolatus est et scribendum:

θήσει κόρας πολυκλαύτους
δάμαρτά τε Πριάμου
τάν τε Διὸς κοράν, τὰν
πόσιν προλιποῦσαν· μήτ' ἐμοὶ κτέ.

Vs. 945: *ἐγὼ τὸ μηδὲν, Μενέλεως δ' ἐν ἀνδράσιν* vix genuinus est. Certe suo loco non légitur.

Vs. 950: *οὐχ ἅψεται σῆς θυγατρὸς Ἀγαμέμνων ἄναξ,*
οὐδ' εἰς ἄκραν χεῖρ' ὥςε προσβαλεῖν πέπλοις.
Suspicor: *οὐδ' ἔσθ', ὃς ἄκραν χεῖρα προσβαλεῖ πέπλοις.* *Ἄκραν* productam habebit penultimam, ut v. c. Bacch. vs. 203 et alibi passim.

Vs, 1202: *νῦν δ' ἐγὼ μὲν ἡ τὸ σὸν*
σώζουσα λέκτρον παιδὸς ὑςερήσομαι.
Malim *ἐςερήσομαι* i. e. *orba ero*, ut iam Porsonum sed frustra monuisse video.

Vs. 1436: *τάδε δ' ἐμοὶ πιθοῦ.* Edendum fuerat: *τάδε δέ μοι πιθοῦ.*

Iphigeniae i. t. vs. 34 sqq.:

ναοῖσι δ' ἐν τοῖσδ' ἱερίαν τίθησί με,
ὅθεν νόμοισι τοῖσιν ἥδεται θεὰ
Ἄρτεμις ἑορτῆς, τοὔνομ' ἧς καλὸν μόνον.

Fortasse: *ὅπου νόμοις ὠμοῖσιν ἥδεται κτέ.*

Vs. 70: *ἐνθ—ἐξείλαμεν.* Hic vs. supervacaneus est, turbatque stichomythiae rationem; quare spurium esse iudico.

Vs. 82: *ἐλθὼν δέ σ' ἠρώτησα πῶς τροχηλάτου*
μανίας ἂν ἔλθοιμ' εἰς τέλος πόνων τ' ἐμῶν.

Nauckius coniecit: *πῶς ποινηλάτου*
μανίας κτέ.

Aliquanto lenior correctio est: *πῶς οἰστρηλάτου κτέ.*

Vs. 67: *ὅρα, φύλασσε, μή τις ἐν στίβῳ βροτῶν.* Reponendum: *μή τις ᾖ 'ν στίβῳ κτέ.*

Vs. 278: *κλύοντας, ὡς θύοιμεν ἐνθάδε ξένους* spurium esse arbitror, quippe qui contineat interpretamentum praecedentium vocabulorum: *τοῦ νόμου φόβῳ.*

Vs. 292: *οὐ ταῦτα μορφῆς σχήματα.* Lege *ταὐτά.*

Vs. 402: *ἔβασαν ἄμικτον γαῖαν, ἔνθα κούρᾳ*
δίᾳ τέγγει
βωμοὺς καὶ περικίονας
ναοὺς αἷμα βρότειον.

Lego: *κούρᾳ δίᾳ κτέ.* i. e. *Ἀρτέμιδι* (*Dianae in honorem*).

Vs. 480: *μακρὸν δ' ἀπ' οἴκων χρόνον ἔσεσθ' ἀεὶ κάτω.* Offensionem habet *ἀεὶ* post *μακρὸν χρόνον.* Suspicor: *ἔσεσθε γῆς κάτω.* Lenius tamen Dobraeus: *ἔσεσθε δὴ κάτω.*

Vs. 736: *πρὸς—φίλων* vereor, ne spurius sit. Idem valet de vs. 811: *λέγοιμ'—τάδε.*

Vs. 866: *εἰ σόν γ' ἀδελφόν, ὦ τάλαιν', ἀπώλεσας*
δαίμονος τύχᾳ τινός.

Nescio an non praestiterit *τέχνᾳ.*

Vs. 922: *χαῖρ' ὦ πόσις μοι τῆς ἐμῆς ὁμοσπόρου.* Non intelligitur, quomodo Iphigenia subito resciverit Pyladem, qui, quo tempore ipsa immolata est, nondum natus erat (vide

vs. 920). sororis suae Electrae esse maritum. Hac gravissima causa motus statuo duos saltem versus, unum ab Iphigenia alterum ab Oresta pronuntiatum, excidisse post v. 921, quorum versuum hoc Orestes Iphigeniam illam rem docuerit.

Rhesi vs. 108: *σὲ μὲν μάχεσθαι, τοὺς δὲ βουλεύειν κακῶς.* procul dubio spurius. Duo vss. praecedentes faciunt parenthesin.

Vs. 579: *θρασὺς γὰρ Ἕκτωρ νῦν, ἐπεὶ κρατεῖ, θ ρ α σ ύ ς.* Errore repetitum videtur *θρασύς*. Fort.: *ἐπεὶ κρατεῖ δ ο ρ ί.*

Vs. 589 Diomedi dicenti:

αἰσχρόν γε μέντοι ναῦς ἐπ' Ἀργείων μολεῖν,
δράσαντε μηδὲν πολεμίους νεώτερον.

respondet Ulixes:

πῶς δ'; οὐ δέδρακας; οὐ κτανόντε — σώζομεν τάδε σκυλεύματα.

Suspicor: *πῶς οὐ δεδρακότ'; οὐ κτἑ.*

Vs. 615: *ἕως ἂν νὺξ ἀμείψηται φάος.* Vulgata significat: *donec nox succedat luci.* At ipsum contrarium requiri manifestum est. Quare corrigendum: *ἕως ἂν νύκτ' ἀμείψηται φάος.*

Vs. 852: *τίς δ' ὑπερβαλὼν λόχους*
Τρώων ἐφ' ἡμᾶς ἦλθεν, ὥςε καὶ λαθεῖν.

Requiro *ἦλθ' ἂν κτἑ.*

Vs. 989: *ὡς ὑπερβαλὼν ςρατὸν τείχη τ' Ἀχαιῶν ναυσὶν αἶθον ἐμβαλεῖν.* Pro *ςρατὸν* reponendum esse *ταφρόν* iam alibi demonstravi; neque minus vs. 804: *ἐξαπώσατε*, formam nihili, in *ἐξεώσατε* esse refingendum.

Troadum vs. 634:

ὁ δ' εὐτυχήσας εἰς τὸ δυςυχὲς πεσὼν
ψυχὴν ἀλᾶται τῆς πάροιθ' εὐπραξίας.

Suspicor: *ψυχὴν ἀσᾶται κτἑ.* De Genetivo (*τῆς—εὐπραξίας*) cf. Matth. Gr. Gr. (1835) § 368 a.

Vs. 860: ὦ καλλιφεγγὲς ἡλίου σέλας τόδε,
ἐν ᾧ δάμαρτα τὴν ἐμὴν χειρώσομαι
[Ἑλένην· ὁ γὰρ δὴ πολλὰ μοχθήσας ἐγὼ
Μενέλαός εἰμι καὶ ςράτευμ' Ἀχαϊκόν]
ἦλθον δὲ Τροίαν κτέ.

Expunxi duos versus manifesto spurios, quo facto non opus est, ut cum Dobraeo et Kirchhoffio lacunam admittamus ante vs. 864: ἦλθον κτέ.

Vs. 876: ἐμοὶ δ' ἔδοξε τὸν μὲν ἐν Τροίᾳ μόρον Ἑλένης ἐᾶσαι. Pro Ἑλένης utique legendum αὐτῆς propter ipsa Menelai verba, quae praecedunt (vs. 861 sqq.): ἥκω δὲ τὴν τάλαιναν (al. Λάκαιναν) — οὐ γὰρ ἡδέως ὄνομα δάμαρτος, ἥ ποτ' ἦν ἐμή, λέγω. — ἄξων. Interpretamentum, ut fit, vocabuli explicati locum occupavit. Eadem observatio confirmat crisin nostram in expungendis vs. 855 sq.

Vs. 890: ὁρῶν δὲ τήνδε φεῦγε, μή σ' ἕλῃ πόθῳ· αἱρεῖ γὰρ ἀνδρῶν ὄμματα. Malim: ὁρᾶν δὲ κτέ. i. e. *fuge hanc videre* cet.

Vs. 924: ἔκρινε τρισσὸν ζεῦγος ὅδε τρισσῶν θεῶν. Fortasse: ἔκριν' ἐρίζον ζεῦγος κτέ. Cf. Hel. 708: θεῶν τρισσῶν ἔρις.

Vs. 1055: ὥσπερ ἀξία κακῶς
κακὴ θανεῖται κτέ.

Malim inverso ordine: κακὴ κακῶς, nam sic Graeci solent. Cf. v. c. Soph. O. R. 248, Ai. 1370; Eur. Cycl. 268, Arist. Plut. 65, 418, 879 et passim. Nusquam contra κακῶς κακὸς s. κακή me legere memini.

Vs. 1140: μήτηρ νεκροῦ τοῦδ' Ἀνδρομάχη, λύπας ὁρᾶν. Euripidi abiudicandus.

Baccharum vs. 430:
τὸ πλῆθος ὅτι τὸ φαυλότερον
ἐνόμισε χρῆταί τε, τόδε τοι λέγοιμ' ἄν.

Aptius foret: τόδ' ἐγὼ οὐ ψέγοιμ' ἄν. Per synizesin ἐγὼ οὐ pronuntiandum esse vix est, quod moneam.

Vs. 821: *βυσσίνους πέπλους* apud Graecos non nisi mulieres gestabant, cf. Aesch. Spt. 1041; apud barbaros viri quoque se illis induebant, cf. Aesch. Pers. 129, sed imprimis huc facit fragm. Soph. e *Laocoonte* ap. Dion. Hal. Ant. I, 8.

Vs. 859: γνώσεται δὲ τὸν Διὸς
Διόνυσον, ὃς πέφυκεν ἐν τέλει θεὸς
δεινότατος, ἀνθρώποισι δ' ἠπιώτατος.

Vocabula sensu plane vacua tentare lubet in hunc modum:

γ. δ. τ. Δ.
Δ. ὅ. π. ἐγγελῶσι θεὸς
δεινότατος, εὐσεβοῦσι δ' ἠπιώτατος.

Addubito tamen horum versuum fidem. Ipse Euripides breviter et significanter dixerat: γνώσεται δὲ τὸν Διός, quorum vim non augebit sed infringet, quicquid addideris.

HERACLIDARUM vs. 313:

καὶ μήποτ' ἐς γῆν ἐχθρὸν αἴρεσθαι δόρυ,
μεμνημένοι τῶνδ', ἀλλὰ φιλτάτην πόλιν
πασῶν νομίζετε.

Lego: ἐς τήνδ' ἐχθρὸν κτἑ.

Vs. 668 sq.: πόσον τι πλῆθος συμμάχων πάρεσ' ἔχων; Respondetur: πολλούς· ἀριθμὸν δ' ἄλλον οὐχ ἔχω φράσαι. Sana ratio postulat; ἀριθμὸν δ' αὐτὸν οὐκ ἔχω φράσαι i. e. sed numerum *ipsum* dicere nequeo.

HELENAE vs. 287: Lacunam esse statuerim post vocabula κλῄθροις ἂν εἰργοίμεσθα.

Vs. 531: φησὶ δ' ἐν φάει
πόσιν τὸν ἀμὸν ζῶντα φέγγος εἰσορᾶν.

Corrigendum, ni fallor, φησὶ δ' ἐμφανῶς, πόσιν κτἑ. Cf. Soph. O. R. 96: ἄνωγεν ἡμᾶς Φοῖβος ἐμφανῶς ἄναξ κτἑ.

Vs. 607: λυποῦσα σεμνὸν ἄντρον, οὗ σφ' ἐσώζομεν. Iam alibi significavi scribendum mihi videri: λιποῦσ' ἐρεμνὸν κτἑ.

Vs. 709: ἡ δ' οὐσ' ἀληϑῶς ἐςὶν ἥδε σὴ δάμαρ. Fortasse: ἆρ' ὡς ἀληϑῶς κτἑ.

Vs. 769: οὐ γὰρ ἐμπλήσαιμί σε μύϑων. Soloece omittitur ἄν, nec sententia salva est. Suspicor: οὐ γὰρ ἂν παυσαίμεϑα μύϑων.

Vs. 810: οὔτω σιδηρῷ τρωτὸν οὐκ ἔχει δέμας; Sic quaerendo respondet Menelaus his Helenae verbis: οὐκ ἂν κτάνοις τύραννον, ὃ σπεύδεις ἴσως. Pro οὔτω Cobetus reponit οὗτος leni sane medicina, qua adhibita, praeterea malim uno vocabulo scribers σιδηρότρωτον.

Vs. 825: εἴπως ἂν ἀναπείσαιμεν ἱκετεύοντέ νιν. Fortasse: ἴσως ἂν κτἑ., nam neque formulae εἴ πως in hac sententia locus est, neque ea fert particulam ἂν sibi adhaerentem.

Vs. 934: τὴν δ' ἐνϑάδ' ἐκλιποῦσ' ἀλητείαν πικρὰν
ὄντων ἐν οἴκοις χρημάτων ὀνήσομαι.

Scribendum videtur: αὖ τῶν ἐν οἴκοις κτἑ.

Vs. 1005 Lege et distingue: Ἥρᾳ δ', ἐπείπερ κτἑ. pro Ἥρα δ' ἐπείπερ.

Vs. 1100: τοὔνομα παρασχοῦσ' οὐ τὸ σῶμ' ἐν βαρβάροις. Si versus genuinus est, scripserim τὸ σῶμα βαρβάροις, sed suspectum eum habeo eum Nauckio.

Vs. 1319: Δρομαίων δ' ὅτε πολυπλανήτων
μάτηρ ἔπαυσε πόνων κτἑ.

Conieci: δρομαῖον δ' ὅτε πόδα πλανητῶν κτἑ. vel: δρομαῖον πόδ' ὅτε πολυπλάγκτων κτἑ.

Vs. 1548: — Μενέλεῳ ποντίσματα φέροντες. Πόντισμα nihili vocabulum esse rectissime iudicat Nauckius. Quid si poeta dederit: Μενέλεῳ κτερίσματα φέροντες? Cf. vs. 1391:
χωρεῖτ' ἐφεξῆς, ὡς ἔταξεν ὁ ξένος,
δμῶες, φέροντες ἐνάλια κτερίσματα.

Ionis vs. 50: οὐκ οἶδε Φοῖβον, οὐδὲ μητέρ' ἧς ἔφυ. [ὁ παῖς

τε τοὺς τεκόντας οὐκ ἐπίςαται]. Deleo versum manifesto spurium. Sequitur:

νέος μὲν οὖν ὢν ἀμφιβωμίους τροφὰς
ἠλᾶτ' ἀθύρων. —

Immo vero: ἀμφιβώμιος τραφεὶς ἠλᾶτ' ἀθύρων. cf. vs. 323: βωμοί μ' ἔφερβον κτέ.

Vs. 514: ἐν δόμοις
ἔς', ὦ ξέν', οὔπω δῶμ' ὑπερβαίνει τόδε.

Pro τόδε legendum videtur πόδα. Praeterea malim ὑπερβάλλει.

Vs. 522 Ion: παῦε, μὴ ψαύσας τὰ τοῦ θεοῦ ςέμματα ῥήξῃς χερί. Xuth. ἅψομαι κοὐ ῥυσιάζω, τἀμὰ δ' εὑρίσκω φίλα. Vs. posterior aptum sensum habebit scriptus in hunc modum: ἅπτομαι κοὐ ῥυσιάζω, τἀμά γ' εὑρίσκων φίλα. Verte: *tango te, non vi te abripio, quippe qui inveniam, quod mihi carum est.* Quae optime respondent dictis ab Ione.

Herculis Furentis vs. 11:

ἣν πάντες ὑμεναίοισι Καδμεῖοί ποτε
λωτῷ συνηλάλαξαν.

Malim συνωλόλυξαν. Similiter corrigendus Electr. vs. 855:

ςέφουσι δ' εὐθὺς σοῦ κασιγνήτου κάρα
χαίροντες, ἀλαλάζοντες.

Legendum ὀλολύζοντες i. e. *iubilantes.*

Vs. 65 sq.: ἔχων τυραννίδ', ἧς μακραὶ λόγχαι πέρι
πηδῶσ' ἔρωτι σώματ' εἰς εὐδαίμονα.

Si ἔρωτι sanum est, pro ἧς—πέρι rescribamus necesse est ἣν—πέρι; nam Graecum est ἔρως περί τι non περί τινος. Sed quia ἣν—πέρι, omisso ἔρωτι, sensum praebet optimum, potius vitiosum esse ἔρωτι statuendum videtur cum Nauckio. Lenissima autem correctio fuerit: πηδῶσ' ἐρωῇ σώματ' εἰς εὐδαίμονα. i. e. *cum impetu.* Fatendum tamen hoc vocabulum Homero usitatissimum apud tragicos, quantum sciam, non reperiri;

quare aliquis praetulerit: *πηδᾶν ἐρῶσι* vel *πηδῶσ' ἀριςέων σ.*

Vs. 73 sq.: *οἱ δ' εἰς ἔλεγχον ἄλλος ἄλλοθεν πίτνων*
ὦ μῆτερ, αὐδᾷ, ποῖ πατὴρ ἄπεςι γῆς.

Post formulam *ἄλλος ἄλλοθεν* verbum sequi solet in Plurali; quapropter scripserim: *ὦ μῆτερ, αὖδα, ποῖ κτέ.* i. e. *dic, mater; quonam* cet. Verbum *φασί*, ut saepe fit, subintelligitur.

Vs. 183: *ἐροῦ τίν' ἄνδρ' ἄριςον ἐγκρίναιεν ἄν.* [*ἢ οὐ παῖδα τὸν ἐμόν, ὃν σὺ φῂς εἶναι δοκεῖν*] Reddidi sua interpolatori, quem prodit orationis spurcities. Mox scribe: *Δίρφυν δ' ἐρωτῶν* cum Nauckio pro *Δ. τ' ἐρ.*

Vs. 245: *ἵν' εἰδῶσ' οὕνεκ' οὐχ ὁ κατθανὼν*
κρατεῖ χθονὸς τῆσδ', ἀλλ' ἐγὼ τὰ νῦν τάδε.

Pro *τάδε* requiro *ὅδε*.

Vs. 326: *οὐ γὰρ ἀλκὴν ἔχομεν ὥςε μὴ θανεῖν.* Grammatica Graeca postulat: *ὥςε μὴ οὐ θανεῖν.*

Vs. 330: *νῦν γὰρ ἐκκεκλείσμεθα.* Tandem Euripidi reddatur *ἐκκεκλῄμεθα.*

Vs. 361 sqq.: *πυρσῷ δ' ἀμφεκαλύφθη—δεινῷ χάσματι θηρός.* Legendum: *πυρσοῦ κτέ.*

Vs. 460: *ἢ πολύ με δόξης ἐξέπαισαν ἐλπίδες.* Sententia suadet: *αἱ τύχαι* pro *ἐλπίδες*; quam rem observasse ante me Nauckium reperio.

Vs. 534: *διολλύμεθα κτέ.* Malim *διωλλύμεσθα*, ut mox vs. 537 recte editur: *ἔθνησκε—ἀπωλλύμην* et vs. 550 *ἐθνῄσκετ'.*

Vs. 938: *ἐξὸν μιᾶς μοι χειρὸς εὖ θέσθαι τάδε.* Suspicor *ἐ. μ. μοι 'κ χειρὸς κτέ.*

Vs. 1105: *ἔκ τοι πέπληγμαι· ποῦ ποτ' ὢν ἀμηχανῶ;* Immo vero: *ποῦ ποτ' εἰμ', ἀμηχανῶ.*

Vs. 1250 Thes. *ὁ πολλὰ δὴ τλὰς Ἡρακλῆς λέγει τάδε;* Herc. *οὔκουν τοσαῦτά γ', εἰ μέτρῳ μοχθητέον.* — *Τῆς κεφαλῆς βούλομαι περιδόσθαι* Theseum Herculis responsum istis quidem verbis conceptum non intellexisse. Cui subveniamus reponendo:

οὐκ ἂν τοσαῦτά γ' (*τλὰς* scil.), *εἰ ἀμέτρως μοχθητέον*. Quae verba interprete non indigebunt.

Vs. 1303 sq.: *χορευέτω δὴ Ζηνὸς ἡ κλεινὴ δάμαρ*
κρούουσ' Ὀλυμπίου Ζηνὸς ἀρβύλῃ πόδα.

Diversis modis versum corruptissimum sanare conati sunt viri docti. Ego facio cum iis, qui sic edunt: *κρούουσ' Ὀλύμπου * ἀρβύλῃ ποδός*. Suppleverim autem: *κρούουσ' Ὀλύμπου δάπεδον ἀρβύλῃ ποδός*. Dobraeus: *Ὀλύμπου δῶματ' κτέ.*

Electrae vs. 122 sqq.:
ὦ πάτερ, σὺ δ' ἐν Ἅιδᾳ δὴ
κεῖσαι, σᾶς ἀλόχου σφαγεὶς
Αἰγίσθου τ', Ἀγάμεμνον.

Una litera mutata, scripserim: *κεῖσαι σᾶς ἀλόχου σφαγαῖς Αἰγίσθου τ' κτέ.*

Vs. 307: *αὐτὴ μὲν ἐκμοχθοῦσα κερκίσιν πέπλους,*
[ἢ γυμνὸν ἕξω σῶμα καὶ ςερήσομαι]
αὐτὴ δὲ πηγὰς ποταμίους φορουμένη·
ἀνέορτος ἱερῶν καὶ χορῶν τητωμένη.

Quicunque pulchri sensu non plane destitutus est, assentietur mihi versum languidum et ineptum expungenti. Frustra igitur sunt, qui corrigunt *κἀςερήσομαι*, quo facto vs. non multo fit tolerabilior.

Vs. 704 sqq.: — *πνέοντ', ἀγρῶν ταμίαν,*
χρυσέαν ἄρνα καλλιπλόκαμον πορεῦσαι.

Nauckius corrigere occupavit: *καλλίποκον πορεῦσαι*. In antistrophe respondent haec:
μολπαὶ δ' ηὔξοντ' ἐραταὶ
χρυσέας ἀρνός, ὡς ἐπίλογοι Θυέςου.

Nauckius: *εἶτα δόλοι Θυέςου*; quae coniectura corrupta relinquit praecedentia (nam *μολπαὶ αὔξονται—ἀρνός* nihil significat) nec vulneri, quod curat, medetur. Fortasse:
μόλπαις δ' αὔξονται ἀρεταὶ
χρυσέας ἀρνὸς τοὐπικλόπου Θυέςου.

Vs. 1261: *Ἀλιρρόθιον ὅτ' ἔκταν' ὠμόφρων Ἄρης*
[μῆνιν θυγατρὸς ἀνοσίων νυμφευμάτων]
πόντου κρέοντος παῖδ' κτέ.
Versus, quem uncinis cinxi, sapit magistellum.

Cyclopis vs. 2: *νῦν χὤτ' ἐν ἥβῃ τοὐμὸν εὐσθένει δέμας.* Verbum *εὐσθενεῖν* antiquioribus Graecis inauditum esse puto. *Vigere* illis est *εὐθενεῖν* et postea, producta vocali, *εὐθηνεῖν*. Quare emenda: *νῦν — τοὐμὸν εὐθένει δέμας.*

Vs. 105: *ἐκεῖνος οὗτός εἰμι· λοιδόρει δὲ μή.* Lege: *ἐκεῖνος αὐτός εἰμι κτέ.*

Vs. 318: *μήλειον ἢ βόειον ἢ μεμιγμένον.* Compara vs. Aeschyleum: *ἢ θεῖον ἢ βρότειον ἢ μιξόμβροτον.*

Vs. 336: *ὡς τοὐμπιεῖν γε καὶ φαγεῖν τοὐφ' ἡμέραν.* Rescribatur: *— κἀμφαγεῖν κτέ.*

Vs. 488: *καὶ δὴ μεθύων*
ἄχαριν κέλαδον μουσιζόμενος
σκαιὸς ἀπῳδὸς καὶ κλαυσόμενος
χωρεῖ κτέ.

Nescio annon praestet: *σκαιὸς ἀοιδὸς καὶ κλαυσόμενος κτέ.*

Vs. 504: *γάνυμαι δὲ δαιτὸς ἥβῃ.* An forte: *γ. δ. δ. ἤδει?* cf. Hom. Il. A. 575: *οὐδέ τι δαιτὸς ἐσθλῆς ἔσσεται ἦδος.*

Vs. 581: *οὐκ ἂν φιλήσαιμ'· αἱ Χάριτες πειρῶσί με.* Conieci: *πῶς ἂν φιλήσαιμ'; κτέ.* Formulam autem *πῶς ἄν;* apud tragicos valere *utinam*, res est notissima.

CAPUT X.

THUCYDIDEA.

Lib. 1 cap. 58 med. post *τότε δὴ* deleatur interpretamentum: *κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον.*

Cap. 137 init. vocabula: *καὶ μέγιςον ἦν ἱκέτευμα τοῦτο* suspecta habeo.

Lib. III cap. 13 pro *ξὺν κακῶς ποιεῖν* coniectum est *ξυγκακῶσαι*. Lenius, opinor, et melius scripseris *ξυγκακοποιεῖν*, nam opponitur tempus Praesens *ἀλλὰ ξυνελευθεροῦν*.

Cap. 21: *διεῖχον δ' οἱ περίβολοι ἑκκαίδεκα πόδας μάλις' ἀπ' ἀλλήλων, τὸ οὖν μεταξὺ τοῦτο [οἱ ἑκκαίδεκα πόδες] τοῖς φύλαξιν οἰκήματα διανενεμημένα ᾠκοδόμητο.* Vel ipsa Grammatica, ut turpe emblema abiiciatur, non postulat sed flagitat.

Cap. 104: *ἔνθα σε πυγμαχίῃ τε καὶ ὀρχηςυῖ καὶ ἀοιδῇ μνησάμενοι τέρπουσιν, ὅταν καθέσωσιν ἀγῶνα.* Imo vero: *ὅταν καθίωσιν ἀγῶνα*, ad quam lectionem proxime accedit sciptura cod. Mosqu. *καθιςῶσι*. Hom. edd. habent *ςήσωνται*.

Cap. 112: *ἐπιπίπτει τοῖς Ἀμπρακιώταις ἔτι ἐν ταῖς εὐναῖς καὶ οὐ προῃσθημένοις τὰ γεγενημένα.* Post *εὐναῖς* supplendum videtur *οὖσι*.

Lib. IV Cap. I § 2: *οἱ δὲ Λοκροὶ κατ' ἔχθος τὸ Ῥηγίνων.* Lege *τῶν Ῥηγίνων*, cl. Cap. 24 § 2: *τῶν Ῥηγίνων κατ' ἔχθραν*.

Cap. 9 prope finem: *οὔτε γὰρ αὐτοὶ ἐλπίζοντές ποτε ναυσὶ κρατηθήσεσθαι.* Legendum *κρατήσεσθαι*, cum codd. bene multis.

Cap. 13 prope init. *ἐλπίζοντες—ἑλεῖν μηχαναῖς*. Insere *ἂν* post *ἑλεῖν*.

Cap. 25 prope init. *ἀπέπλευσαν ὡς ἕκαςοι ἔτυχον ἐς τὰ οἰκεῖα ςρατόπεδα [τό τε ἐν τῇ Μεσσήνῃ καὶ ἐν τῷ Ῥηγίῳ].* In marginem relegentur, quae uncis circumdedi. Thucydides certe dedisset: *καὶ τὸ ἐν τῷ Ῥηγίῳ*.

Cap. 26 § 4: *ὁ χρόνος παρὰ λόγον ἐπιγιγνόμενος*. Corrigatur *ἐπιτεινόμενος*. Ibidem § 6: *ἀπαίροντες [ἀπὸ] τῆς Πελοποννήσου ὁπόθεν τύχοιεν.*

Cap. 33 versus finem: *τοὺς δὲ ψιλούς, ῇ μάλις' αὐτοῖς προσθέοντες προσκέοιντο, ἔτρεπον.* Emenda *ἐπιθέοντες*, quod ipsum in multis codd. exstare video.

Cap. 35. extr. ῥᾷον δ' οἱ Λακεδαιμόνιοι ἠμύναντο ἢ ἐν τῷ πρίν. Rectius quidam codd. ἠμύνοντο.

Cap. 39: καὶ ἦν σῖτος ἐν τῇ νήσῳ καὶ ἄλλα βρώματ' ἐγκατελήφθη. Fortasse: καὶ μὴν σῖτος κτἑ.

Cap. 41 § 2: ἐλῄζόν τε τὴν Λακωνικὴν καὶ πλεῖςʼ ἔβλαπτον [ὁμόφωνοι ὄντες]. Delevi interpolata ex Cap. 3 § 3; deinde rescripserim: οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ἀπαθεῖς (vulgatur ἀμαθεῖς) ὄντες ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ λῃςείας; Ita v. c. Herodot. V cap. 19 de Alexandro Amyntae filio: ἅτε νεός τε ἐὼν καὶ κακῶν ἀπαθής. Mox ad § 4: πολλάκις φοιτώντων αὐτοὺς κτἑ. cf. Arist. Pac. 638 sq. Cap. 43 § 2 lego πρὸς (pro πρὸ) τῆς Χερσονήσου κτἑ.

Cap. 45 § 2 repone: φρούριον ἐγκαταςησάμενοι.

Cap. 46 post τῷ ὄρει dele interpretamentum τῆς Ἰςώνης, cl. cap. 2 § 3. Nomen montis iam memoratum III c. 85 extr.: ἀναβάντες ἐς [τὸ ὄρος] τὴν Ἰςώνην.

Cap. 48 extr. ἵναπερ τὸ πρῶτον ὥρμηντο. Lege οἷπερ κτἑ. Similiter corrigas cap. 74 init.

Cap. 55 med.: πανταχόθεν σφᾶς περιεςῶτος πολέμου ταχέος καὶ ἀπροφυλάκτου. Suspicor τραχέος κτἑ.

Cap. 57 fin.: Τάνταλον δὲ παρὰ τοὺς ἄλλους τοὺς ἐν τῇ νήσῳ Λακεδαιμονίους καταδῆσαι. Exspectaveram τοὺς ἐκ τῆς νήσου Λ.; ut coniecit Lindavius, Num forte latet: τοὺς Ἀθήνησι Λακεδαιμονίους?

Cap. 59 sub fin.: τὰ γὰρ ἴδια ἕκαςοι εὖ βουλευόμενοι δὴ θέσθαι κτἑ. Lege βουλόμενοι cum codd. *BCD*.

Cap. 75 prope init: ὡς ᾐσθάνοντο τὴν παρασκευὴν τοῦ χωρίου. Malim τὴν κατασκευήν. Utriusque nominis, ut et verborum παρα— et κατα—σκευάζειν, perpetua est in codd. confusio.

Cap. 76 init. abiiciatur post Δημοσθένης putidum emblema Ἀθηναίων ςρατηγός. Post pauca non mirer, si verba: αἱ δὲ Σῖφαι—ἐπιθαλασσίδιοι sint antiqui alicuius interpretis Scholium

Cap. 77 fin. lego: τὸ ξυμμαχικὸν τὸ ἐκεῖ (pro ἐκείνῃ). Idem vitium passim tollendum.

Cap. 80: *ἤλπιζον ἀποςρέψαι.* Aut inserendum *ἄν*, aut rescribendum *ἀποςρέψειν*, quod praetulerim, quia codd. quidam habent *ἀποτρέψειν*. Ibidem: *φοβούμενοι αὐτῶν τὴν νεότητα καὶ τὸ πλῆθος*. Cod. Aug. ...*νεότητα*. Vat. H. Bekk. *σκαιότητα*. Rei conveniret: *τὴν ἀβεβαιότητα*. In cap. med. *ἐν τοῖς πολεμίοις ἄριςοι* utique reponendum *πολεμικοῖς*.

Cap. 83 non procul ab init.: *ἔφη βούλεσθαι πρῶτον ἐλθὼν κτὲ.* Lege *πρότερον*.

Cap. 85 extr. *καίτοι ςρατιῇ τῇδ', ἣν νῦν ἐγὼ ἔχω, ἐπὶ Νισαίαν ἐμοῦ βοηθήσαντος, οὐκ ἠθέλησαν Ἀθηναῖοι πλέονες ὄντες προσμῖξαι, ὥςτ' οὐκ εἰκὸς νηΐτῃ γε αὐτοὺς τῷ ἐν Νισαίᾳ ςρατῷ ἴσον πλῆθος ἐφ' ὑμᾶς ἀποςεῖλαι.* Requiro *ἀποςελεῖν*; et *τῷ ἐκεῖ ςρατῷ* cum cod. Palatino. Quidam codd. in verso ordine *ἔχω ἐγώ*. Pronomen abesse malim. Ceterum graviore vulnere laborare ultimam periodi partem in aprico est. Ibidem § 4 scribendum videtur: *κίνδυνόν τε τοσόνδ' ἀνερρίφαμεν* pro Aoristo *ἀνερρίψαμεν*.

Cap. 88 § 1: *καὶ [περὶ] τοῦ καρποῦ φόβῳ ἔγνωσαν οἱ πλείους ἀφίςασθαι.* Dele praepositionem, quae vim infert Graecitati. Cf. cap. 84 § 2: *ὅμως δὲ διὰ τοῦ καρποῦ τὸ δέος ἔτι ἔξω ὄντος πεισθὲν τὸ πλῆθος.* Similiter illic scripserim: *τοῦ καρποῦ τῷ φόβῳ*.

Cap. 89 § 2 lege: *ὁ μὲν Δημοσθένης πρότερος πλεύσας*; opponitur enim Cap. 90 § 1: *ὁ δ' Ἱπποκράτης ὕςερος ἀφικνεῖται*.

Cap. 89 extr.: *οὐ γάρ πω Ἱπποκράτης παρελύπει ἐν τῇ γῇ ὤν.* Suspicor: *ἐν τῇ γῇ ἤδη ὤν*. Praeterea malim *οὐδὲν γὰρ κτὲ.*, qua tamen novatione fortasse opus non est.

Cap. 90 init: *Δήλιον ἐτείχιζε τοιῷδε τρόπῳ [τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος]*. Ipso loco, quo legitur, alienissimo interpretamentum arguitur. Petitum est é Cap. 76.

Cap. 91 extr.: *ἡγεμονίας οὔσης αὐτοῦ*. Fortasse: *τῆς ἡγεμονίας οὔσης αὐτῷ τότε*.

Cap 92 init.: *καί εἰσι δήπου πολέμιοι, ἐν ᾧ τε ἂν χωρίῳ*

καταληφθῶσι κτέ. Lege ἐν ὅτῳ τ' ἂν κτ έ. Ibid. § 3: πάτριον θ' ὑμῖν ςρατὸν ἀλλόφυλον ἐπελθόντα κἂν τῇ οἰκείᾳ κἂν τῇ τῶν πέλας ὁμοίως ἀμύνεσθαι. Ἀθηναίους δὲ, καὶ προσέθ' ὁμόρους ὄντας πολλῷ μάλιςα δεῖ. Scribendum: — ἀμύνεσθαι, Ἀθηναίους δὲ — μάλιςα δή. In vicinia repone: οἳ καὶ, μὴ ὅτι τοὺς ἐγγὺς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄπωθεν πειρῶνται δουλοῦσθαι, inserto ὅτι post μή.

Cap. 93 § 2: τῷ δ' Ἱπποκράτει ὄντι περὶ τὸ Δήλιον ὡς [αὐτῷ] ἠγγέλθη, ὅτι — πέμπει. Abiiciatur pronomen, quod scabram reddit orationem.

Cap. 103 § 5: ἀπροσδόκητος προσπεσών. Cod. Par. ἐπι (m. 2) προσπεσών. Auribus sane gratius foret: ἀπροσδόκητος ἐπιπεσών. Praeterea aliquis praetulerit ἀπροσδοκήτοις ἐπιπεσών, cl. Cap. 72 § 2: οἱ ἱππῆς ἀπροσδοκήτοις ἐπιπεσόντες τοῖς ψιλοῖς, ubi ne quis inversa ratione ἀπροσδόκητοι scribendum esse contendat, inspiciat mihi Lib. VI cap. 69, unde discat, Thucydidem huic vocabulo transitivam vim tribuere contra reliquorum scriptorum usum. Ex eadem observatione complures loci Thucydidei corrigantur.

Cap. 109 § 3: πόλεις δ' ἔχει (Ἀκτὴ) Σάνην μὲν — παρ' αὐτὴν τὴν διώρυχα, ἐς τὸ πρὸς Εὔβοιαν πέλαγος τετραμμένον. Quasi dicas Cymen, Euboeae oppidum, spectare mare Icarium! In uno codice D aliquantum praesidii est: habet Εὐοίαν. Geographica suadet τὸ πρὸς Σιθονίαν πέλαγος, ut intelligatur sinus SINGITICUS. Nec sane inter *ΕΥΟΙΑΝ* et *ΣΙΘΟΙΑΝ* permultum intercedit discriminis. Librarius, quid illud sibi vellet ignorans, confidenter reposuit quod nunc habent, uno tantum excepto, libri omnes.

Cap. 110 § 1: ἀφικόμενος ἔτι καὶ περὶ ὄρθρον. Haec pauca verba sufficiant, ut intelligas reponendum esse: ἀφικόμενος νυκτὸς ἔτι κατὰ τὸ περίορθρον. Similiter corrigas Lib. II Cap. 3 § 4: ἐπεὶ δ' ὡς ἐκ τῶν δυνατῶν ἑτοῖμα ἦν, φυλάξαντες (τηρήσαντες Thom. Mag. in ὀρθρεύω, non male)

ἔτι νύκτα καὶ αὐτὸ τὸ περίορθρον, ἐχώρουν ἐκ τῶν οἰκιῶν ἐπ' αὐτούς. Nempe requiro: ἔτι νυκτὸς κατ' αὐτὸ τὸ περίορθρον ἐχώρουν κτέ. Ad τηρήσαντες intellige τοὺς Θηβαίους, et iunge verba: ἔτι—ἐχώρουν cum sqq. Intelligitur autem ea pars noctis, quae describitur a poeta Iliad. VII, 433:

Ἦμος δ' οὔτ' ἄρ' πω ἠώς, ἔτι δ' ἀμφιλύκη νύξ.

Cap. 112 med.: τῷ τείχει πεπτωκότι καὶ οἰκοδομουμένῳ. Lege: κἀνοικοδομουμένῳ.

Cap. 118 § 4 e codd. haud dubie reponendum: τῶν ἀπὸ τοῦ Νισαίου pro vulgatis: τῶν παρὰ τοῦ Νίσου.

Cap. 125 § 1: ὅπερ φιλεῖ μεγάλα ϛρατεύματα ἀσαφῶς ἐκπλήγνυσθαι. Lege ὥσπερ φιλεῖ κτέ.

Cap. 129 med.: ἐχώρουν ἐς τοὺς Μενδαίους. Imo ἐπὶ κτέ. Ibidem § 4: καὶ ἐς ὀλίγον ἀφίκετο πᾶν τὸ ϛράτευμα τῶν Ἀθηναίων νικηθῆναι. Vide an reponendum sit: καὶ παρ' ὀλίγον ἀφίκετο—νικηθῆναι i. e. *parum abfuit, quin vinceretur.*

Cap. 130 § 6 expunge aut Μένδην aut πόλιν.

Cap. 135 § 1: τοῦ γὰρ κώδωνος παρενενεχθέντος οὕτως ἐς τὸ διάκενον ἡ πρόσθεσις ἐγένετο. Iam Cobetum Mnem. V p. 385 verissime monuisse video: παρενεχθέντος ἐν τοσούτῳ in vulgatis delitescere.

Lib. V, Cap. 2, § 3: ναῦς δὲ περιέπεμψε δέκα ἐς τὸν λιμένα [περιπλεῖν]. Similiter dubito an περιπεμφθεῖσαι genuinum sit Cap. 3: καὶ αἱ νῆες ἅμα περίπλεον ἐς τὸν λιμένα [περιπεμφθεῖσαι]; nisi forte scribendum αἱ περιπεμφθεῖσαι.

Cap. 6 expunge duo additamenta: Ἀνδρίων ἀποικίᾳ et τὴν Θασίων ἀποικίαν. Illud e IV c. 88 extr., hoc e IV c. 107 stolide huc retractum est. Posterius arguitur articulo male apposito. In eiusdem capitis § 5 requiritur: τὸ δ' ὁπλιτικὸν ξύμπαν ἤθροιϛο pro ἠθροίσθη, ut recte sequitur ἐτετάχατο.

Cap. 9 § 9: καὶ ὑμεῖς, ὦνδρες ξύμμαχοι, ἀκολουθήσατε ἀνδρείως. Memoratur e Lugdunensi codice portentosa lectio

γρ. ἀνδρείως
γενδρείως, corrupta haud dubie ex hacce *γενναίως*, quam reperi in codice, quem contuli Parisiis.

Cap. 12: *καθίξαντο, ὅτι αὐτοῖς ἐδόκει μὴ καλῶς ἔχειν.* Lege *μεθίξαντο κτέ.*

Cap. 18 init.: *Σπονδὰς ἐποιήσαντο—περὶ μὲν τῶν ἱερῶν τῶν κοινῶν θύειν καὶ ἰέναι καὶ μαντεύεσθαι καὶ θεωρεῖν κατὰ τὰ πάτρια τὸν βουλόμενον.* Corrupta sunt vocabula *καὶ ἰέναι.* Mihi quidem nihil occurrit, quod aptius reponatur quam hoc: *θύειν ἐξεῖναι καὶ μαντεύεσθαι κτέ.* Cf. Cap. 28 § 1, Cap. 43 § 3. Mox pro *δικαίῳ χρῆσθων καὶ ὅρκοις* e quibusdam codd. emendaverim *δίκαις χρῆσθων κτέ.*

Cap. 29: *Μαντινῆς δ' αὐτοῖς καὶ οἱ ξύμμαχοι [αὐτῶν] πρῶτοι προσεχώρησαν—τοῖς γὰρ Μαντινεῦσι μέρος τι τῆς Ἀρκαδίας κατέστραπτο [ὑπήκοον].*

Cap. 31 fin: *Βοιωτοὶ δὲ καὶ Μεγαρῆς ταὐτὸ λέγοντες ἡσύχαζον, περιορώμενοι ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων, καὶ νομίζοντές σφισι τὴν Ἀργείων δημοκρατίαν αὐτοῖς ὀλιγαρχουμένοις ἧσσον ξύμφορον εἶναι τῆς Λακεδαιμονίων πολιτείας.* Goellerus interpretatur: *quod a Lacedamoniis contemnerentur.* Ideone, o bone, aliquis quiescat, quod contemni se ab adversario intelligat? Accedit, quod hoc sensu Graecum est *ὑπερορώμενοι.* Quid delitescat, non contendo me reperisse: monstrum ali certissimum est. Cogitavi de reponendo: *πολυωρούμενοι.*

Cap. 35 init. expungatur emblema: *οἵ τε Ἀθηναῖοι καὶ (οἱ) Λακεδαιμόνιοι.*

Cap. 50 § 1: pro *ἀπομόσαι—ἦ μὴν ἀποδώσειν*, lego *ἐπομόσαι κτέ.* Aristophanes: *καὶ νὴ Δί' ἀποδώσειν ἐπώμνυς τοὺς θεούς.*

Cap. 51 ultimum vocabulum *ἐτελεύτα* exsulato; idem valet de capite 56.

Cap. 59 prope finem abiectum velim *Ἀργείοις* et init. cap 60 *τῶν Ἀργείων.*

Cap. 60 § 6 excidisse quaedam suspicor sic redintegranda: *τόν τε Θράσυλον (καὶ τὸν Ἀλκίφρονα) —ἤρξαντο λεύειν·*

(*καὶ ὁ μὲν ἀποθνήσκει,*) *ὁ δὲ καταφυγὼν περιγίγνεται.* Nempe vix intelligitur, cur Thrasylum lapidibus obruant, dum ne verbum quidem fiat de Alciphrone, eidem crimini obnoxio. Et in proxime praegressis utrumque intelligit scribens: *ἔτι ἐν πολλῷ πλείονι αἰτίᾳ εἶχον —τοὺς σπεισαμένους.*

Cap. 61 med.: *πείσαντες ἐκ τῶν λόγων τοὺς ξυμμάχους.* Lege *διά.* In vicinia non expedio haec: *οὗτοι δ' ὅμως καὶ πεισθέντες ὑπελείποντο πρῶτον, ἔπειτα δ' ὕςερον καὶ οὗτοι ἦλθον*, nisi, expuncto *ὕςερον*, legatur: *καὶ αὐτοὶ ἦλθον.*

Cap. 63 versus fin.: *ἔργῳ γὰρ ἀγαθῷ ῥύσεσθαι τὰς αἰτίας ςρατευσάμενος· ἢ τότε ποιεῖν αὐτοὺς ὅτι βούλονται.* Voculam *ΤΟΤΕ*, dittographia natum e sequenti *ΠΟΙΕΙΝ*, deleverim. Praeterea nescio, an non scripserit Thuc., quod in ea re dici solet: *ἔργῳ γὰρ ἀγαθῷ ἀπολύσεσθαι τὰς αἰτίας.*

Cap. 65. Sine damno omitti potuerunt verba: *δηλῶν τῆς ἐξ Ἄργους ἐπαιτίου ἀναχωρήσεως τὴν παροῦσαν ἄκαιρον προθυμίαν ἀνάληψιν βουλομένην εἶναι*, quamvis fatendum est, orationem tum bene Graecam esse tum probe Thucydideam. Quare nunc dubito, an recte ea suspecta habuerim. Iudicent alii. Contra persuasissimum mihi est, mox § 4 verba: *τοὺς Ἀργείους καὶ τοὺς ξυμμάχους* ab interpolatore esse invecta; neque Scholiastes ea agnovisse videtur. Ibidem malim *βοηθήσοντας* pro *βοηθοῦντας.*

Cap. 68 prope init.: *ἀριθμὸν δὲ γράψαι — οὐκ ἂν ἐδυνάμην ἀκριβῶς.* Utique reponendem *οὐκ ἂν δυναίμην* (i. e. *οὐ δύναμαι*), quod exstat in marg. cod. I, qui in textu habet *δυναμην* (sic).

Cap. 72 § 1: *ξυνέβη οὖν αὐτῷ ἀπ' ἐν αὐτῇ τῇ ἐφόδῳ καὶ ἐξ ὀλίγου παραγγείλαντι κτὲ.* Corrige *δι' ὀλίγου.* Cf. Cap. 65 § 5, 66 § 1, 69 § 2.

Cap. 73 § 1 lege: *τὸ τῶν Ἀργείων καὶ* (*τῶν*) *συμμάχων ςράτευμα.*

Cap. 75 § 4 pro *τῇ προτέρᾳ ἡμέρᾳ* legatur *τῇ προτεραίᾳ*, deleto substantivo.

Cap. 75 § 6: *καὶ ἐν τούτῳ ξυγκαταλιπόντες ἅπαντες τῷ τειχίσματι φρουράν*. Deleverim *ἅπαντες* cum cod. *B*.

Cap. 77 init. expunge alterum *ἀποδιδόντας*.

Cap. 80 init. pro *ἐγεγένητο* requiro Aor. *ἐγένετο*, cf. 78 extr.

Cap. 98 extr.: *τοὺς δὲ μηδὲ μελλήσοντας γενέσθαι* (scil. *πολεμίους*) *ἄκοντας ἐπάγεσθε*. Imo vero: *μέλλοντας γενήσεσθαι*. Error natus videtur ex huiusmodi scriptura *μέλλον-*

ησ *ησ*
τας γενέσθαι, corrupta in hanc *μέλλοντας γενέσθαι*.

Cap. 102 extr. *μετὰ δὲ τοῦ δρωμένου ἔτι καὶ στῆναι ἐλπὶς* (scil. *ἡμῖν*) *ὀρθῶς*. Imo *ὀρθοῖς*.

Cap. 103 med. *ἐπὶ ῥοπῆς μιᾶς ὄντες*. Reponendum esse *σμικρᾶς* docui iam alibi. Eurip. *Hippol.* vs. 1158: *δέδορκε μέντοι φῶς ἐπὶ σμικρᾶς ῥοπῆς*.

Cap. 109 extr. lego, inserta particula conditionali, *ὡς' οὐκ εἰκὸς ἐς νῆσόν γ' ἂν αὐτοὺς —περαιωθῆναι*.

Cap. 113 extr. abesse malim vocabula: *καὶ πιστεύσαντες*.

Cap. 116: *ὡς αὐτοῖς τὰ διαβατήρια* [*ἱερὰ ἐν τοῖς ὁρίοις*] *οὐκ ἐγίγνετο*. Deleo turpe emblema.

Liber VI Cap. I extr.: *καὶ τοσαύτη οὖσα* [*ἐν*] *εἴκοσι σταδίων μάλιστα μέτρῳ τῆς θαλάσσης διείργεται τὸ μὴ κτἑ.*

Cap. 2 § 4 extr. *καὶ ἡ χώρα ἀπ' Ἰταλοῦ βασιλέως τινὸς Σικελῶν τοὔνομα τοῦτ' ἔχοντος, οὕτως* [*Ἰταλία*] *ἐπωνομάσθη*.

Cap. IV § 3: *Γέλαν — ἐποίκους ἀγαγόντες — ἔκτισαν*. Ex codd. receptum oportuit *ἀποίκους*. Nam *ἔποικοι* ii dicuntur, qui deductae iam coloniae postmodo accedunt.

Cap. 6 § 2 *οἱ Σελινούντιοι Συρακοσίους ἐπαγόμενοι — κατεῖργον*. Lege *ἐπαγαγόμενοι*. In eadem § pro *διαφθείροντες* requiro *διαφθείραντες* cum Stephano, qui ita Vallam legisse recte suspicatur.

Cap. 10 § 4: *τάχ' ἂν δ' ἴσως, εἰ δίχα κτἑ.* Lege *τάχα δ' ἂν* cum aliis libris, expuncto interpretamento *ἴσως*. In sqq., addito *ἄν*, malim: *πρὶν ἄν, ἣν ἔχομεν, βεβαιωσώμεθα*.

Cap. 14 extr. lego: *καὶ ἑκὼν εἶναι μηδὲν βλάψῃ* pro *ἢ ἑκὼν κτἑ.*

Cap. 26 induxerim vocabula, *πράσσειν ᾗ ἂν αὐτοῖς δοκῇ ἄριςα εἶναι Ἀθηναίοις*, quippe interpretamentum praegressi: *αὐτοκράτορας εἶναι*. Si genuina sunt, certe scribendum: *καὶ περὶ ςρατιᾶς τε πλήθους καὶ κτἑ.*

Cap. 27 § 3. Hinc corrigatur PLUTARCH. *in Alcibiade* Cap. 20: *ὡς ἀπὸ μιᾶς ἐπὶ νεωτερισμῷ συνωμοσίας πεπραγμένῳ*. Nam legendum est: *ἐπὶ νεωτερισμοῦ συνωμοσίᾳ κτἑ.*

Cap. 29 § 3: *ῥήτορας ἐνιέντες, οἳ ἔλεγον νῦν μὲν πλεῖν αὐτὸν κτἑ.* Post *πλεῖν* vide, annon exciderit *δεῖν*. In § 2 init. *καὶ ἐπεμαρτύρετο μὴ ἀπόντος περὶ αὐτοῦ διαβολὰς ἀποδέχεσθαι*, expuncto pronomine, scribas: *μὴ ἀπόντος πέρι διαβολὰς κτἑ.*

Cap. 31 § 5 med.: *τῶν δ' ἰδιωτῶν ἅ τε περὶ τὸ σῶμά τις καὶ τριήραρχος ἐς τὴν ναῦν ἀναλώκει.* Repetitis duabus literis, scribam: *καὶ τριήραρχος, ὅσ' ἐς τὴν ναῦν κτἑ.*

Cap. 33 § 2: *πρόφασιν μὲν Ἐγεςαίων συμμαχίᾳ κτἑ.* Imo: *ἐπ' Ἐγ. κτἑ.* Ib. § 4 non minus turpi errore legitur: *οὐθ' ὅτι μεγάλῳ ςόλῳ ἐπέρχονται, ἀνωφελεῖς ἀλλὰ—πολὺ ἄμεινον.* Non foret in hac sententia *ἀμείνονες* absurdius quam est *ἀνωφελεῖς*, pro quo scriptum oportere *ἀνωφελές* paene pudet me significare. Initio § 6 certum est, Thuc. dedisse *ὥσπερ* pro *ὅπερ*, quidquid obloquitur Poppo similesque huic criticastri.

Cap. 38 § 4: *μάλιςα γὰρ δοκῶ ἄν μοι οὕτως ἀποτρέπειν τῆς κακουργίας*. Lego *τὰς κακουργίας*. Ibidem mox reponas: *πότερον ἄρχειν δὴ* pro *ἤδη*.

Cap. 39 init. expungatur aut *ἄριςα* post *ἄρχειν*, aut *βελτίςους* post *ἄριςα*.

Cap. 40 in ipso fine requiro: *πειράσεται διασώζειν*

Cap. 42 § 2 lege: *ἐς Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν* pro vulgatis: *καὶ ἐς τὴν Ἰτ. κτἑ.*

Cap. 58 § 1 expungas vocabula *τοὺς ὁπλίτας* post *τοὺς πομπέας*. In ipso initio scribo *ἀγγελθὲν* pro *ἀγγελθέντος*.

In fine legitur: *μ..α γαρ ἀσπίδες καὶ δόρατος εἰώθεσαν τὰς πομπὰς ποιεῖν.* Corrigerem *πέμπειν* vel *ποιεῖσθαι*, nisi haec verba vetus scholium potius quam Thucydidea esse putarem.

Cap. 61 § 1 extr. post vocabula: *μετὰ τοῦ αὐτοῦ λόγου* eorum interpretamentum: *καὶ τῆς ξυνωμοσίας ἐπὶ τῷ δήμῳ* delendum est, scripto deinde *ὑπ' ἐκείνου ἐδόκει πραχθῆναι.* Paucis interpositis, lege: *πρὸς Βοιωτοὺς πράσσοντες*, expuncta vocula *τι*, quae originem debet sequenti literae *π* in *πράσσοντες.* Mox lege: *καί τινες* (pro *τινα*) *μίαν νύκτα κτἑ.*

Cap. 68 init. *ἐπὶ τὸν αὐτὸν ἀγῶνα.* Lege: *ἐπὶ τοιοῦτον ἀγῶνα.* Ib. § 2 vers. finem lege *ὥσπερ ἡμᾶς*, expuncto *καί.*

Cap. 72 init. inverso ordine malim: *ἐς Κατάνην καὶ Νάξον.*

Cap. 80 § 3 init. dele *οἱ Συρακόσιοι* et mox scribe: *εἰ καὶ μὴ πείσομεν*, inserto *καί.* § 4 emendo *τιμήσονται* pro Fut. Pass. *τιμηθήσο..αι.*

Cap. 87 § 2 extr. *οὐκ ἄκλητοι [παρακληθέντες δὲ] ἥκειν.*

Cap. 92 med. *τὴν οὐκ οὖσαν ἀνακτᾶσθαι* dici nequit. Scribe *οὐκέτ' οὖσαν.*

Cap. 96 vocabulum ultimum *παραγίγνωνται* mutetur in *παραγίγνοιντο.*

Cap. 97 med. corrigo: *ὡς ἕκαςος τάχους εἶχον* pro *εἶχε.*

Liber VII.

Cap. 15 med. *διὰ [νόσον] νεφρῖτιν.*

Cap. 17: *καὶ ἐκ τῆς ἄλλης Πελοποννήσου οἱ Λακεδαιμόνιοι τῷ αὐτῷ τρόπῳ [πέμψοντες].*

Cap. 27 § 2: *ὅθεν ἦλθον [ἐς Θρᾴκην] ἀποπέμπειν.* Mox § 3 Attico more scripserim: *καὶ ἐν τοῖς πρώτῃ* pro *πρώτοις.*

Cap. 36 § 3: *καὶ τὴν ἐν τῷ μεγάλῳ λιμένι ναυμαχίαν, οὐκ ἐν πολλῷ πολλαῖς ναυσὶν οὖσαν, πρὸς ἑαυτῶν ἔσεσθαι.* Scholiasta interpretatur: *οὐκ ἐν πολλῷ] διαςήματι δηλονότι.* Quin reponimus, *οὐκ ἐν καλῷ πολλαῖς κτἑ.* i. e. in *loco non idoneo* magnae navium multitudini? Sequentia § 4 duobus importunissimis liberanda sunt interpretamentis *διεκπλεῖν* et *ὥςε μὴ περιπλεῖν.* Cf. Schol.

Cap. 52 prope finem: *ἀπολαμβάνουσι κἀκεῖνον ἐν τῷ [κοιλῷ καὶ] μυχῷ τοῦ λιμένος*. Cf. VII cap. 4.

Cap. 53 prope finem expunge *τὴν ναῦν* post *ἀφεῖσαν*, nam intelligitur e praegressis *ὁλκάδα*,

Cap 57 § 2: *Αἰγινῆται [οἳ τότε Αἴγιναν εἶχον], καὶ ἔτι Ἑστιαιῆς [οἱ ἐν Εὐβοίᾳ Ἑστίαιαν οἰκοῦντες] ἄποικοι ὄντες ξυνεστράτευσαν*. Ibid. § 9: *Δωριῆς ἐπὶ Δωριᾶς μετ' [Ἀθηναίων] Ἰώνων ἠκολούθουν*; quo emblemate periit omnis orationis nitor.

Cap. 58 furcis expelle magistelli nescio cuius additamentum, quod ipso sermonis colore se prodit: *δύναται δὲ τὸ νεοδαμῶδες ἐλεύθερον ἤδη εἶναι.* An forte putas Nostri aequales ignorasse, quid hoc vocabulum significaret? Aut cur Lib. V 34, ubi de illo hominum genere primam mentionem fecit, idem docere dedignatus est? Sunt autem huiusmodi additamenta eo imprimis nomine perniciosa, quod veterum scriptorum, a quibus ea profecta esse vel eruditi credunt, fidem arrogare sibi solent et auctoritatem. Verum esse, quod autumo, documento sint, quae Goellerus disputat ad V cap. 34.

Cap. 69: *πατρόθεν τ' ἐπονομάζων καὶ αὐτοὺς ὀνομαστὶ καὶ φυλήν*. Quid orationis hoc est? An igitur etiam *tribum* appellabant *πατρόθεν*. Apage ineptias! et Thucydidi redde: *πατρόθεν τ' ἐπονομάζων αὐτοὺς καὶ ὀνομαστὶ καὶ κατὰ φυλήν.*

Cap. 73 § 3: *καὶ οὐκέτι ἔπειθεν αὐτοὺς ὁ Ἑρμοκράτης*. Perperam e codd. hanc lectionem in ordinem receperunt editores, quum antea rectissime ederetur: *καὶ οὐκ ἔπειθεν*. Particula *ἔτι* dittographia nata est ex duabus primis literis vocabuli sequentis Quod enim hodie vulgatur, significaret Hermocratem primo quidem persuasisse ducibus, deinde vero non amplius.

Cap. 75 init. pro *ἡ ἀνάστασις* scribendum videtur *ἡ ἀπανάστασις*. Nam *ἀνάστασις* est, qualis describitur v. c. Lib. II cap. 14 extr. *Ἀπανίστασθαι* contra sollemni usu dicitur de exercitu, qui re infecta abducitur.

Cap. 78 init. lege: *ὁ μὲν Νικίας τοιαῦτα παρακελευόμενος.*

Vulgatur τοιάδε. Utriusque vocabuli, quamvis certum et constans est apud veteres Atticos discrimen, frequens est in codd. confusio.

Liber VIII.

Cap. I § 3: καὶ τὰ τῶν συμμάχων ἐς ἀσφάλειαν ποιεῖσθαι, Locutionem hic obviam non possum non vocare in dubium. Cogitavi de reponendo ἐς ἀσφάλειαν τίθεσθαι. Sed retinet me cogitatio, in ea re Graecos dicere solere ἐν ἀσφαλεῖ. Videndum igitur an forte Thuc. dederit: καὶ τὰ τῶν συμμάχων ἀσφάλειαν ποιεῖσθαι, deleta praepositione, quae originem debeat initio sequentis vocabuli, ut sensus sit: *et quod ad socios attinet securitatem sibi comparare.* Malim tamen: κἀπὸ τ. σ. ἀσφάλειαν ποιεῖσθαι. i. e. *a sociis.* Etenim socii Atheniensium post cladem Siculam ad adversarios deficere coeperant, deque ea re in proxime praegressis scriptor loquitur.

Cap 15 init.: Ἐς δὲ τὰς Ἀθήνας ταχὺ ἀγγελία τῆς Χίου ἀφικνεῖται. Propter ductuum similitudinem post ἀφικνεῖται facile exidere potuit ὅτι ἀφίςαται, vel ὅτι ἀφέςηκε. Ita forma orationis similis erit huice (I. 61): ἦλθε τοῖς Ἀθηναίοις εὐθὺς ἡ ἀγγελία τῶν πόλεων ὅτι ἀφεςᾶσι. Fortasse tamen nihil novandum.

Cap. 26 med. κατέπλευσαν ἐς Λέρον πρῶτον [τὴν πρὸ Μιλήτου νῆσον]. Huiusmodi additamenta geographica magna ex parte a sciolis iam antiquitus veterum scriptis invecta esse satis constat. Hic interpolatio eo luculentior est, quo certius novimus Lerum insulam non pro Mileto sed prope Icarum et Pathmum sitam fuisse. Interpolator autem *Laden* insulam in codice suo legisse videtur, nisi forte memoriae hunc lapsum esse credere mavis. Cf. autem cap. 17 extr. et 27 init. Solus liber Vat. servavit Λέρον, unde Bekkerus recepit. Reliqui Ἐλεόν, variis accentibus spiritibusque.

Cap. 28. Ἀμόργην ζῶντα λαβόντες [Πισσούθνου νόθον υἱόν, ἀφεςῶτα δὲ βασιλέως] Delevi male repetita e cap. V. In sqq., quod ad δαρεικὸν additur, ςατῆρα suspectum est; et procul

dubio interpolata sunt in fine capitis vocabula *ἐς τὴν Μίλητον*, addita nimirum ad illustrandum Genitivum loci *αὐτοῦ*, qui opponitur vocabulis *ἐς τὴν Χίον*.

Cap. 29 extr.: *ἐς γὰρ πέντε ναῦς καὶ πεντήκοντα τρία τάλαντα ἐδίδου τοῦ μηνός*. Vocabula *καὶ πεντήκοντα* delent unanimi fere consensu viri docti. Multae in h. l exstant coniecturae, quas singulas refellere longum est. Vocab. *καὶ πεντήκοντα* continent veram lectionem, dum *πέντε* male repetitum est e praegressis. Pro *τρία* contra requiritur *τριάκοντα*, ut recte coniecit Meiboomius. Lego: *ἐς γὰρ πεντήκοντα ναῦς τριάκοντα τάλαντα ἐδίδου τοῦ μηνός*. Ita salva res est, nam subductis rationibus videbis singulos milites accepisse 3³/₅ obolos, cui rei optime conveniunt, quae modo dixerat: *ὅμως δὲ παρὰ πέντε ναῦς* (i. e. *πλὴν ε̄ νεῶν* Schol.) *πλεῖν ἀνδρὶ ἑκάστῳ ἢ τρεῖς ὀβολοί*. Universum enim navium numerum 55 navium fuisse novimus, de quo si quinque, quae exceptae fuerant, demseris, restant illae L naves, quas Thucydidi restituimus.

Cap. 56 init.: *καὶ βασιλεῖ ἐξεῖναι ἀεὶ ἐπὶ τοὺς αὐτοῦ λυπηροὺς τοὺς ἑτέρους ἄγειν*. Usus requirit: *κ. β. ἐ. ἐπὶ τοὺς ἀεὶ αὐτῷ λ. τ. ε. α.* Init. cap. sequentis: *καὶ [τῷ] βασιλεῖ*.

Cap. 48 med.: *βασιλεῖ τ' οὐκ εὔπορον εἶναι καὶ Πελοποννησίων ἤδη ὁμοίως ἐν τῇ θαλάσσῃ ὄντων καὶ πόλεις ἐχόντων ἐν τῇ αὐτοῦ ἀρχῇ οὐκ ἐλαχίστας*. Reiskius non male pro *ὄντων* coniecit *ἰσχυόντων*. Ego vel graviore vulnere locum laborare iudico. Nil amplius requirerem, si scriberetur: *Πελοποννησίων ἤδη ὁμολογουμένως θαλασσοκρατούντων καὶ πόλεις ἐχόντων κτέ*.

Cap. 52 extr. *κρατεῖν βασιλέα τῶν πόλεων, ὧν ποτε [καὶ πρότερον] ἢ αὐτὸς ἢ οἱ πατέρες ἦρχον*.

Cap. 55 init.: *ἀφιγμένοι ἤδη ἐπὶ τὰς τ. Α. ναῦς*. Requiritur *εἰς* pro *ἐπί*.

Cap. 66 init.: — *ἐπεὶ ἕξειν γε τὴν πόλιν, οἵπερ καὶ μεθίστασαν, ἔμελλον*. Malim *τὴν πολιτείαν*. Cf. cap. 74 non ita

procul a fine: *καὶ ἀντειπεῖν ἐςιν οὐδὲν πρὸς τοὺς ἔχοντας τὴν πολιτείαν*.

Cap. 69 extr.: *ἔφερον δὲ αὐτοῖς τοῦ ὑπολοίπου χρόνου παντὸς αὐτοὶ καὶ ἐξιοῦσιν ἐδίδοσαν*. Fort. *φέρειν δ' αὐτὸν* (scil. *τὸν μισθὸν*) *τοῦ ὑπολοίπου χρόνου παντὸς αὐτοῖς κ. ε. ἑ.*

Cap. 71 § 1: *πρὸς αὐτὰ τὰ τείχη τῶν Ἀθηναίων*. Legatur *Ἀθηνῶν*.

Cap. 72 § 2: *οἱ γὰρ τότε τῶν Σαμίων ἐπαναςάντες τοῖς δυνατοῖς [καὶ ὄντες δῆμος] μεταβαλλόμενοι αὖθις κτἑ.* Non minus certum est § 5 vocabula *ἐν τῇ νηὶ πλέοντας*, quae stupide et ignoranter adscripta sint ad *Παράλους*, quantocyus esse expellenda. Leviter ea scilicet suspecta fuerunt Abreschio.

Cap. 74 init.: *τὴν δὲ πάραλον [ναῦν] κτἑ.*

Ib. § 2: *τοὺς δ' ἄλλους ἀφελόμενοι τὴν ναῦν καὶ μετεμβιβάσαντες ἐς ἄλλην ςρατιῶτιν [ναῦν] ἔταξαν φρουρεῖν κτἑ.*

Cap. 77: *οἱ δ' ὑπὸ τῶν τετρακοσίων πεμφθέντες ἐς τὴν Σάμον [οἱ δέκα πρεσβευταὶ] ὡς ταῦτα κτἑ.*

Cap. 79 § 3: *προῄσθοντο γὰρ αὐτοὺς ἐκ τῆς Μιλήτου ναυμαχησείοντας*. Scribe *δὴ τούς*. Minus recte Reiskius proposuit *αὖ τούς*, nam voculae *αὖ* hic locus non est.

Cap. 80 § 2: *καὶ ἅμα καὶ τὸ Βυζάντιον ἐπεκηρυκεύετο αὐτοῖς ἀποςῆναι*. Ultimum vocabulum mihi suspectum est. Abesse certe malim.

Cap. 84 initio: *τὸ πλῆθος [οἱ ναῦται]*. Quin obtemperamus Haackio manifestum emblema expungi iubenti?

Cap. 89 fin.: *ἠγωνίζετο οὖν εἷς ἕκαςος αὐτὸς [πρῶτος] προςάτης τοῦ δήμου γενέσθαι*. Expunxi *πρῶτος*, quippe prognatum e vocabuli sequentis capite. Praeterea requiro *ἠγωνίζοντο*.

Cap. 90 § 1: *πρέσβεις τ' ἀπέςελλον [σφῶν] ἐς τὴν Λακεδαίμονα*. Pronomen errore repetitum est e proxime praegressis: *κἀπειδὴ τἀν τῇ Σάμῳ σφῶν ἐς δημοκρατίαν*; qui error fuit eo proclivior, quod utrobique eadem sequitur praepositio.

Cap. 96 initio omnino probandum, quod iam Dukerum video coniecisse, *ὡς ἠγγέλθη* pro *ὡς ἦλθε*. Similiter, quod suspica-

bar in cap. 97 fere medio: *ἐγίγνοντο δὲ καὶ ἄλλοι ὕστερον ἐν πυκνὶ ἐκκλησίαι*, corrigere occupavit Kuhnius, nisi quod *πυκνί*, omissa praepositione, minus recte proposuit. Editur autem *πυκναὶ ἐκκλησίαι.*

Cap. 101 prope finem *διὰ ταχέων παραπλεύσαντες Λέκτον καὶ Λάρισαν καὶ Ἀμαξιτὸν κτέ.* Locorum situs postulat, ut transponatur: *Λέκτον καὶ Ἀμαξιτὸν καὶ Λάρισαν.* Similiter cap. 107 melius scriberetur: *καὶ κατιδόντες κατὰ Πρίαπον καὶ Ἀρπάγιον τὰς ἀπὸ τοῦ Βυζαντίου ὀκτὼ ναῦς ὁρμούσας.*

CAPUT XI.

AESCHINEA.

CONTRA CTESIPHONTEM § 3 : *ἐὰν δέ τις τῶν ἄλλων βουλευτῶν ὄντως λάχῃ κληρούμενος προεδρεύειν.* Expungatur manifestum emblema *κληρούμενος.* Longe tamen turpius interpretamentum vel potius scholium integrum legitur in vicinia § 4 extr.: *ἡ προεδρεύουσα φυλὴ [τὸ δέκατον μέρος τῆς πόλεως].*

Ib. § 17: *πρὸς δὲ δὴ τὸν ἄφυκτον λόγον, ὅν φησι Δημοσθένης.* Imo vero *φήσει.* Similiter § 28 scripserim *ἀντιδιαπλέξει* pro *ἀντιδιαπλέκει.*

§ 24 duplex glossema delendum in verbis: *ὁ μὲν νομοθέτης κελεύει ἐν τῷ δήμῳ [ἐν Πυκνὶ τῇ ἐκκλησίᾳ] ἀνακηρύττειν τὸν ὑπὸ τοῦ δήμου στεφανούμενον κτέ.*

§ 38 : *ἀλλ' οὐκ ἔχει ταῦθ' οὕτως· μηθ' ὑμεῖς ποτὲ εἰς τοσαύτην ἀταξίαν τῶν νόμων προβαίητε, οὔτε ἠμέληται περὶ τῶν τοιούτων τῷ νομοθέτῃ.* Lege: *ἀλλ' οὐκ ἔχει ταῦθ' οὕτως (μή γ' ὑμεῖς—προβαίητε) οὐδ' ἠμέληται κτέ.*

§ 41: *ἐγὼ διδάξω ὑμᾶς προειπὼν ὧν ἕνεκα οἱ νόμοι ἐτέθησαν οἱ περὶ τῶν ἐν θεάτρῳ κηρυγμάτων· γινομένων γὰρ*

τῶν ἐν ἄςει τραγῳδῶν ἀνεκήρυττόν τινες κτέ. Suspicor: —κηρυγμάτων· ἀγωνιζομένων γὰρ κτέ.

§ 43: κἀκεῖνοι μὲν μετὰ ψηφίσματος πείσαντες ὑμᾶς οὗτοι δ' ἄνευ ψηφίσματος. Vocabula μετὰ ψηφίσματος abesse malim, et hic et § 42 extr. Eandem ob causam suspectum habeo τὸν ςέφανον in fine § 46.

§ 54: ὡς ἄρα τῇ πόλει τέτταρες ἤδη γεγένηνται καιροί, ἐν οἷς αὐτὸς πεπολίτευται. Scribendum: ἐν οἷς αὐτὸς καλῶς πεπολίτευται, cl. § 61 fin.: ἐπινεύσατέ μοι πρὸς θεῶν τὸν πρῶτον τῶν τεττάρων καιρῶν μὴ καλῶς αὐτὸν πεπολιτεῦσθαι.

§ 57: τῆς μὲν σωτηρίας τῇ πόλει τοὺς θεοὺς αἰτίους γεγενημένους —, τῶν δ' ἀτυχημάτων ἁπάντων Δημοσθένη [αἴτιον γεγενημένον]. Delenda, quae uncinis sepsi.

§ 63: τῷ κήρυκι τῷ ἀπὸ τοῦ Φιλίππου. Libri ὑπό. Wolfius et Valckenaerius παρά coniecerunt, fortasse recte. Ego tamen expungere malim praepositionem cl. § 67: οἱ Φιλίππου πρέσβεις.

§ 74 expungatur et Φιλοκράτης et Δημοσθένης.

§ 94: ὥςε τὰς ἐξ Ὠρεοῦ συντάξεις καὶ τὰς ἐξ Ἐρετρίας, τὰ δέκα τάλαντα ὁρώντων φρονούντων βλεπόντων ἔλαθον ὑμῶν ὑφελόμενοι. Cogitavi de reponendo παρόντων, sed vide annon melius corrigatur: ἐγρηγορότων φρονούντων κτέ.

§ 99: καὶ γὰρ τοῦθ' ἄνθρωπος ἴδιον [καὶ οὐ κοινὸν] ποιεῖ. Induxi interpretamentum.

§ 100: μεςὸν δ' ἐλπίδων οὐκ ἐσομένων. Reddas Aeschini: οὐκ ἐκγενησομένων.

§ 113: ἐπειργάζοντο τὸ πεδίον. Rectissime utitur verbo ἐπεργάζεσθαι, quod sollemni usu adhibetur *de agris alienis contra ius et fas colendis*. Hinc corrigendum videtur § 119: ἐπειργασμένον τουτὶ τὸ πεδίον pro ἐξειργασμένον.

§ 122: ἤδη δὲ πόρρω τῆς ἡμέρας οὔσης προελθὼν ὁ κῆρυξ ἀνεῖπε. Minus recte Hamakerus legendum proponit ὄντος pro οὔσης. Nam haud dubie delendum est participium invectum a sciolo. Graecum est πόρρω τῆς ἡμέρας, ut πόρρω τῆς νυκτός et τῶν νυκτῶν, non addito participio.

§ 124. Vocabula: ἐκκλησίαν γὰρ — καὶ χρωμένους τῷ θεῷ non Aeschini sed veteri cuidam grammatico tribuenda esse iudico. Iudices enim illa, credo, docendi non erant. In eadem § scribatur: πολὺς δ' ἔπαινος ἦν τῆς ἡμετέρας πόλεως, deleto κατά ante τῆς, porro τέλος δὲ παντὸς τοῦ συλλόγου pro τ. δ. π. τ. λόγου, cl. § 126 extr.

§ 131: ἀπαίδευτος ὢν καὶ ἀπολαύων κἀμπιμπλάμενος τῆς—ἐξουσίας. Quam ἀπαιδευσίαν hac criminatione tribuat orator Demostheni, non perspicio. An forte dederat: ἀναιδὴς ὢν κτέ?

§ 140: καὶ τὸν πόλεμον—τοῦτον πάλιν [τὸν αὐτὸν πόλεμον] ἐπήγαγε. Suspecta mihi vocabula cancellis munivi. In vicinia lege ἐνταῦθα δὴ pro ἐνταῦθ' ἤδη.

§ 154: μελλόντων ὥσπερ νυνὶ τῶν τραγῳδῶν γίνεσθαι. Taylorus ἀγωνίζεσθαι. Aut sic scribendum, aut εἰσιέναι, cl. § 204.

§ 157: ἀγομένας γυναῖκας καὶ παῖδας εἰς δουλείαν, πρεσβύτας ἀνθρώπους, πρεσβύτιδας γυναῖκας ὀψὲ μεταμανθάνοντας τὴν ἐλευθερίαν. Suspicor: ἀγομένους παῖδας καὶ γυναῖκας ε. δ. πρ. ἄνδρας, κτέ. Fortasse tamen, eiectis vocabulis ἀνθρώπους et γυναῖκας, legi praestat: πρεσβύτας πρεσβυτίδας ὀψὲ κτέ.

§ 164: καὶ χρυσοκέρων ἀποκαλῶν καὶ κατέϛεφθαι φάσκων, εἴ τι πταῖσμα συμβήσεται Ἀλεξάνδρῳ, κτέ. Requiritur καταϛέψεσθαι pro κατεϛέφθαι.

§ 167: σὺ γὰρ ἂν κώμην ἀποϛήσαις; An forte post κώμην excidit καὶ μίαν? Fortasse tamen sufficit: σὺ γὰρ κἂν κώμην ἀποϛήσαις;

§ 175: Ὁ γὰρ Σόλων [ὁ παλαιὸς νομοθέτης]. Abiiciatur tandem inutile scioli additamentum.

§ 190 expungatur ὁ γραμματεύς.

§ 253: ἔλιπε μὲν τὴν [ἀπὸ τοῦ ϛρατοπέδου] τάξιν ἀπέδρα δ' ἐκ τῆς πόλεως.

De Falsa Legatione.

§ 34: *φθέγγεται τὸ θηρίον τουτο προοίμιόν τι σκοτεινόν τε καὶ τεθνηκὸς δειλίᾳ, καὶ μικρὸν προαγαγὼν — ἐσίγησε.* Suspicor: *φ. τ. θ. τουτὶ προοίμιόν τε σκοτεινόν τι ἐκτεθνηκὼς δειλίᾳ, καὶ μικρὸν κτέ.* Codd. *aghm.*: *προοίμιον σκοτεινὸν καὶ τεθνηκός. df.*: *π. σ. τι καὶ τ. ekl.*: *π. τε τεθνηκός τι καὶ σκοτεινόν.* Tandem ς: *π. σκοτεινὸν τε καὶ τεθνηκός.* Fortasse *ἐκτεθνηκὸς* (scil. *θηρίον*) servari potest, sed praefero constructionem ad synesin.

§ 42 deleverim vocabula *καὶ βίῳ* post verba: *ἐν τοσούτῳ χρόνῳ.* Non minus suspectum habeo Participium *λέγοντες* in ipso initio § 46. In vicinia dudum rescriptum oportuit *ψεύσαιμι* pro *φευσαίμην — τὰς ἐλπίδας.*

§ 50: *ἐπειδὴ δ' ἀνεγνώσθη „ἀπέχετε" ἔφη „τὴν ἀπόκρισιν καὶ λοιπὸν ὑμῖν ἐςι βουλεύσασθαι."* Simpliciter scribendum *„ἔχετε" κτέ.*, ut praepositionem e sequenti *ἀπόκρισιν* male huc retractum esse suspicemur. Cum vulgata scriptura perperam comparari solet *ἀπέχειν τὴν χάριν* (in fragm. com. Anon. ap. Mein. vs. 679). Hoc enim propterea rectissime dicitur, quod Graecum est *ἀποδιδόναι χάριν.* Contra *ἀπόκρισιν ἀποδιδόναι* et cum usu pugnat et cum ratione.

§ 123: *κἀκείνης μὲν ἅμα κατηγορῶν οὐ φῄς κατηγορεῖν, τῆς δ' ἐπὶ τοὺς ὅρκους κατηγορεῖς.* Malim *κατηγορεῖν.*

§ 142: Dele *τύραννος* post *Φάλαικος.*

§ 145: *διαβολὴ δ' ἀδελφόν ἐςι καὶ συκοφαντία.* Deleto *καί* cum codice *d*, scribe *συκοφαντίᾳ.*

§ 153: *ἡγεῖται δ' ὅταν τι ψεύδηται τῶν λόγων ὅρκος κατὰ τῶν ἀναισχύντων ὀφθαλμῶν.* Suspicor: *ὅρκος καὶ δάκρυα ἐκ τῶν ἀ. ὀ.*. Cf. § 156.

§ 162: *ἐν δὲ τούτοις, ὡς ἔοικεν, ἐγὼ διαφανὴς ἦν.* Sententia postulat *τοσούτοις.*

CAPUT XII.

DEMOSTHENICA.

De Corona § 2 extr.: *ἀλλὰ καὶ τὸ τῇ τάξει καὶ τῇ ἀπολογίᾳ, ὡς βεβούληται καὶ προῄρηται τῶν ἀγωνιζομένων ἕκαστος, οὕτως ἐᾶσαι χρήσασθαι.* Praegressa non suadent sed postulant, ut rescribatur *ἑκάτερος.*

§ 14: *καὶ περὶ ὧν ἐνίων [μεγάλας καὶ] τὰς ἐσχάτας οἱ νόμοι διδόασι τιμωρίας.*

§ 17: *πικρὰ καὶ μεγάλα ἔχουσαι τἀπιτίμια.* Georgius Lecapenus non agnovisse videtur vocabula *τὰ μεγάλα.* Vide *Schaeferum* ad h. l.

§ 33: *καὶ μηδὲν ἔχοιθ' ὑμεῖς ποιῆσαι.* Lege: *ἔχοιτ' ἔθ' ὑμεῖς κτέ.*

§ 34: *λόγον οὐδένα ἐποιούμην ἕτερον.* Requiro *ἑτεροῖον.* Mox § 35 pro *ἔχηθ' ἡσυχίαν* libri deteriores melius praebent *ἄγηθ'.* Cf. § 36, § 79.

§ 45 post *δωροδοκούντων* expungatur interpretamentum: *καὶ διαφθειρομένων ἐπὶ χρήμασι.* § 48 abiiciatur alterum *καιρός.* Similiter § 69 post *ἀντεπαγγέλτους* deleverim *ἐθελοντάς* et 72 extr vocabula: *ταῦτα Φιλίππῳ διετέλουν.* In § 102 extr. abiiciatur *τοὺς πλουσίους.*

§ 106: *φέρε δὴ καὶ τὸν καλὸν κατάλογον.* Imo vero: *τὸν παλαιὸν κατάλογον,* scil. *τὸν ἐκ τοῦ προτέρου νόμου.*

§ 145: *καίπερ ἀθλίως [καὶ κακῶς] τῶν στρατηγῶν πολεμούντων.*

§ 169 extr. vocabula: *ἦν γὰρ ὁ κῆρυξ — ἡγεῖσθαι* vix genuina esse reor. Inde autem magna illa in codd. varietas. Dudum

postquam haec scripsi, video idem iam placuisse Dobraeo. Et optimo iure quidem; sunt enim plane ridicula.

§ 243 post ἀσθενοῦσι μέν dele interpretamentum τοῖς κάμνουσιν.

De Falsa Legatione § 97: νῦν δ' οἶμαι πολλῶν αἴτιος οὗτος. Post πολλῶν suspicor excidisse vocabuli: καὶ κακῶν. Plurima est h. l. in MS varietas πολλῶν αἴτιος οὗτος ΣΦ. Sed Σ hab in mg. γρ. πολλῶν κακῶν οὗτος αἴτιος. Contra in Φ: γρ. πολλῶν ἄλλων ἐϛι κακῶν αἴτιος οὗτος. Deteriorum librorum scripturas addere nihil attinet.

§ 113 dele supplementum: ἀλλ' Αἰσχίνης οὑτοσί.

§ 119: ταῦτ' οὐχὶ βοᾷ [καὶ λέγει] ὅτι κτέ.

§ 115: ἐπειδὴ δ' ἀπολώλεσαν οἱ Φωκῆς ὕϛερον ἡμέραις πέντ' ἢ ἕξ, καὶ τέλος εἶχε τὸ μίσθωμα ὥσπερ ἂν ἄλλο τι τούτῳ, καὶ ὁ Δέρκυλος κτέ. Latere suspicor: καὶ τέλος εἶχε τὸ μίσθωμα, ὥσπερ ἂν ἐργολάβῳ τινι, τουτῳί, καὶ κτέ., quae sic correcta interprete non egent.

§ 136: ὡς ὁ μὲν δῆμος ἐϛιν ἀϛαθμητότατον πρᾶγμα τῶν πάντων καὶ ἀσυνθετώτατον ὥσπερ εν θαλάττῃ πνεῦμα (κῦμα Markl.) ἀκατάϛατον ὡς ἂν τύχῃ κινούμενον. Miram quantam cum his similitudinem referunt verba incerti poetae apud Dion. Chrys. Or. XXXII p. 664 ed. Reisk., quae verba Meinekius sic constituit in Fragm. com. Graec. tom IV p. 615:

δῆμος ἄϛατον κακόν
καὶ θαλάττῃ πάνθ' ὅμοιον ὑπ' ἀνέμου ῥιπίζεται
καὶ γαληνὸς ἐντ' ἤχῳ πρὸς πνεῦμα βραχὺ κορύσσεται
κἤν τις αἰτία γένηται τὸν πολίτην κατέπιεν.

Quo loco non ἐντυχών cum Meinekio, sed ἂν τύχῃ legendum esse, quivis facile mihi concedat. Ceterum vel sic correcti versus mendosi sunt.

Subnascitur autem mihi eos comparanti cum loco Demosthe-

nico suspicio haec verba non comico tribuenda esse poetae, sed alicui tragico Demosthene antiquiori, cuius versus illi haec scribenti obversati sint. Quam suspicionem confirmare videntur formae *κορύσσεσθαι* et *κῆν*. Vix autem de alio auctore quam de Euripide cogitari potest. Cum eodem loco apte Taylorus comparat, quae leguntur ap. Appianum B. Civ. III c. 23 extr.: *ὁ δὲ δῆμός ἐςιν, ὥσπερ καὶ σὺ* (verba sunt M. Antonii ad Octavium iuvenem) *τῶν Ἑλληνικῶν ἀρτιδίδακτος ὢν ἔμαθες, ἀςάθμητον, ὥσπερ ἐν θαλάσσῃ κῦμα κινούμενον, ὁ μὲν ἦλθεν ὁ δ' ἀπῆλθεν.*

§ 163: *οὐδ' ἐποίησαν χρόνον οὐδένα.* Fortasse: *οὐδ' ἐνεποίησαν κτἑ.* Cod. Σ man. pr. omittit *οὐδένα.*

§ 192: *ἵνα τοίνυν εἰδῆθ', ὅτι οὐ μόνον τῶν δημοσίᾳ πώποτ' ἐληλυθότων ὡς Φίλιππον ἀνθρώπων ἀλλὰ καὶ τῶν ἰδίᾳ καὶ πάντων οὗτοι φαυλότατοι καὶ πονηρότατοι γεγόνασι.* Lege *ἰδίᾳ ἁπάντων οὗτοι κτἑ.* Codex Ω solus *καί* omittit.

§ 217 : *κρίσιν — προσήκει ποιεῖν.* Imo *ποιεῖσθαι.*

§ 270 expungatur *γραμματεῦ.*

Contra Leptinem,

§ 28: *οὐκοῦν οἱ μὲν ἐλάττω κεκτημένοι τοῦ τριηραρχίας ἄξια ἔχειν ἐν ταῖς εἰσφοραῖς συντελοῦσιν εἰς τὸν πόλεμον, οἱ δ' ἐφικνούμενοι τοῦ τριηραρχεῖν εἰς ἀμφότερα ὑμῖν ὑπάρξουσι χρήσιμοι.* Quid sibi velit istud *ἀμφότερα* vel hebetissimus quisque statim intelligit, neque igitur opus est interpretamento *καὶ τριηραρχεῖν καὶ εἰσφέρειν*, quod post *χρήσιμοι* additur in MS et editionibus.

§ 31 scribendum: *ὅτι πλείςῳ ἁπάντων ἀνθρώπων ἡμεῖς ἐπεισάκτῳ σίτῳ χρώμεθα.* Vulgo: *ὅτι πλείςῳ τῶν πάντων ἀνθρώπων κτἑ.* Cf. de Coron. § 87: *ὁρῶν δ' ὅτι σίτῳ πάντων ἀνθρώπων πλείςῳ χρώμεθ' ἐπεισάκτῳ.* In quibusdam codd. *ἁπάντων* servatum est.

§ 141 : *πρῶτον μὲν πόνοι τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων ἐπὶ τοῖς*

τελευτήσασι δημοσίᾳ ταφὰς ποιεῖσθε καὶ λόγους ἐπιταφίους, ἐν οἷς κοσμεῖτε τὰ τῶν ἀγαθῶν ἔργα. Manifestum est, opinor, requiri: ἐπὶ τοῖς ἐν πολέμῳ τελευτήσασι κτέ. Deinde recte Dindorfius, praeeunte Schaefero, correxit: δημοσίᾳ ποιεῖτε λόγους ἐπιταφίους.

§ 149: καὶ μὴν καὶ Γελάρχῳ πέντε τάλαντ' ἀποδοῦναι γέγραφεν οὗτος, ὡς παρασχόντι τοῖς ἐν Πειραιεῖ τοῦ δήμου. Duo ultima vocabula e proxime sequentibus perperam huc retracta esse videntur.

Contra Midiam. § 103: καὶ γὰρ οὔτ' ἀνεκρίνατο ταύτην ὁ συκοφάντης ἐκεῖνος, οὔθ' οὗτος οὐδενὸς ἕνεκ' αὐτὸν ἐμισθώσατο πλὴν ἵν' ἐκκέοιτο πρὸ τῶν ἐπωνύμων καὶ πάντες ὁρῷεν, « Εὐκτήμων Λουσιεὺς ἐγράψατο Δημοσθένη Παιανιέα λιποταξίου » καί μοι δοκεῖ κἂν προσγράψασθαι τοῦθ' ἡδέως, εἴ πως ἐνῆν, ὅτι Μειδίου μισθωσαμένου· Post haec additur γέγραπται, merum additamentum librarii non intelligentis, e praegressis mente repetendum esse ἐγράψατο.

§ 129: πάντα μὲν δὴ τὰ τούτῳ πεπραγμένα οὔτ' ἂν ἐγὼ δυναίμην πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν οὔτ' ἂν ὑμεῖς ὑπομείναιτ' ἀκούειν, οὐδ' εἰ τὸ παρ' ἀμφοτέρων ἡμῶν ὕδωρ ὑπάρξειε πρὸς τὸ λοιπὸν πᾶν τό τ' ἐμὸν καὶ τὸ τούτου προστεθὲν οὐκ ἂν ἐξαρκέσειεν. Lubet hariolari: καὶ οὐδ' ἄν, εἰ τὸ παρ' ἀμφοτέρων ἡμῶν ὕδωρ (ἐμοὶ μόνῳ) ὑπάρξειε, πρὸς τὸ λοιπὸν πᾶν οἶμαι ἐξαρκέσαι; eiectis vocabulis manifesto interpolatis: τό τ' ἐμὸν καὶ τὸ τούτου προστεθέν.

§ 146: ἀλλ' ὅμως οἱ κατ' ἐκεῖνον ὑμέτεροι πρόγονοι οὐδενὸς ἕνεκα τούτων αὐτῷ συνεχώρησαν ὑβρίζειν αὐτούς. Inserui vocabulum ad sensum plane necessarium, quod post οὐδενός facillime elabi potuisse nemo negaverit.

§ 160: ἐγὼ καὶ τοῦτο διδάξω, ἄνωθεν δέ· ἐγένοντο εἰς Εὔβοιαν κτέ. Sic locus videtur restituendus, una litura deletis quae interponuntur: βραχὺς γὰρ ἔσθ' ὁ λόγος ὃν λέξω, κἂν

ἄνωθεν ἄρχεσθαι δοκῇ. Leguntur nempe haec § 78, paucis mutatis; unde olim ad illustrandam locutionem *ἄνωθεν* h. l. in margine adscripta, mox, uti fit, textui se insinuasse putanda sunt. Aliter Dobraeus Adv. I, part. 2 pag. 464. Dindorfium in editione Oxoniensi, praeterea vocabula *ἄνωθεν δέ* expunxisse video; dubito num recte fecerit; ita enim interpolationis origo erit obscurior.

§ 171: *ὑμεῖς γὰρ — ἐχειροτονήσατε τοῦτον — ἵππαρχον, (ἐφ' ἵππου) ὀχεῖσθαι (ἰδίου) διὰ τῆς ἀγορᾶς (ἐν) ταῖς πομπαῖς οὐ δυνάμενον κτέ.* Uncis inclusa addidi, quae excidisse suspicor, cl. § 174 extr.: *ἱππαρχῶν τοίνυν, τί οἴεσθε τἄλλα; ἵππον οὐκ ἐτόλμησεν ὁ λαμπρὸς καὶ πλούσιος οὗτος πρίασθαι, ἀλλ' ἐπ' ἀλλοτρίου τὰς πομπὰς ἡγεῖτο, τοῦ Φιλομήλου τοῦ Παιανιέως ἵππου*, quem locum adscripsi, ut mihi persuadeo, emendatiorem quam vulgo editur. Est enim vulgata lectio haec: *ἱππαρχῶν τοίνυν, τί οἴεσθε τἄλλα; ἀλλ' ἵππον, ἵππον οὐκ κτέ.*, quam lectionem duplici dittographia depravatam esse nemo monitus non videt.

§ 179 sic lego: *εἰ κατελάμβανον, ἄνθρωπε, θέαν, καὶ μὴ τοῖς κηρύγμασιν, ὡς σύ με φῄς, ἐπειθόμην, τίνος ἐκ τῶν νόμων εἶ σὺ κύριος καὶ ὁ ἄρχων αὐτός;* Pro *εἰ* scripsi *καί* et *σύ* inserui ante *κύριος*, utrumque de coniectura. Praeterea nescio annon rectius scriberetur: *ἢ ὁ ἄρχων αὐτός.*

§ 185: *καὶ τοὺς μὲν πτωχοὺς τοὺς δὲ καθάρματα τοὺς δ' οὐδὲν ὑπολαμβάνων εἶναι.* Verior lectio servata § 199, unde haec, si nondum factum est, corrigantur.

Contra Aristocratem.

Alterum Argumentum sic incipit: *Ἡ Εὔβοια [μία] νῆσος κτέ.* Dittographia *μία* natum esse puto ex *βοια.*

§ 25 extr. *τηνικαῦτα γὰρ εὐσεβὲς ἤδη κολάζειν [εἰδόσιν] εἶναι.* Qui legerit praecedentia, eum cur expunxerim *εἰδόσιν* latere nequit.

§ 35 non mirer, si vocabula: *καὶ οὐδὲ ἐν τῇ ἡμεδαπῇ ἄγειν κελευόντων τῶν νόμων, σὺ δίδως ἄγειν πανταχόθεν* ab interpolatore, praecedentia male interpretanti profecta sint. Confidentius in extrema § deleo *κακοῦν* post *λυμαίνεσθαι.*

§ 46: *ἐὰν πέρα ὅρου, φησίν, ἐλαύνῃ [ἢ φέρῃ] ἢ ἄγῃ.* Additum est *ἢ φέρῃ* a sciolo, qui meminerat formulae *ἄγειν καὶ φέρειν*, quae ab hoc loco prorsus aliena est. Bonum factum in hac eadem § mox recte sequi: *ἐκ μὲν δὴ ταύτης δίδωσιν ἐλαύνειν καὶ ἄγειν, πέρα δ' οὐκ ἐᾷ τούτων οὐδέτερον ποιεῖν;* quae verba planissime evincunt verum esse, quod perhibebam.

§ 128: *εἰ μὲν γὰρ ἐπ' ἄλλο τι ταύτην τὴν ἄδειαν ἐλάμβανε [τὴν ἐκ τοῦ ψηφίσματος] ἢ τὰ Κερσοβλέπτου πράγματα, ἧττον ἂν ἦν δεινόν.* Cf. praecedentia.

§ 142: *ἐν δὴ Λαμψάκῳ τινὲς ἄνθρωποι γίγνονται δύο· Θερσαγόρας ὄνομα αὐτῷ, θατέρῳ δ' Ἐξήκεστος.* Sic ex optimis codd. edidit Bekkerus, quam tamen scripturam depravatam esse extra omnem dubitationem positum est. Haud sane parum tolerabilior est lectio, quam offerunt codd. *ks αὐτῶν θατέρῳ, τῷ δ';* sed tutius videtur optimorum librorum fidem sequenti, sed repetito eodem vocabulo, legere: *Θερσαγόρας ὄνομ' αὐτῶν θατέρῳ, θατέρῳ δ' Ἐξήκεστος.*

§ 143: *ἧκε μὲν γὰρ ὁ Θερσαγόρας καὶ ὁ Ἐξήκεστος εἰς Λέσβον.* Legatur: *ἧκον μὲν κτὲ.*

§ 149: *μισθουμένου Τιμοθέου πάλιν αὐτὸν καὶ τὸ στράτευμα τούτῳ μὲν οὐ μισθοῖ κτὲ.* Requiro: *τούτῳ μὲν αὐτὸν οὐ μισθοῖ*, cll. §§ 150, 154, 158 162, 180 et passim.

§ 154: *ὀλιγωρήσας τῶν ὅρκων [καὶ παραβὰς αὐτούς] κτὲ.*

§ 220 extr. *ὑπερβάς*, male repetitum e superioribus, exsulato.

Contra Androtionem.

§ 38: *ἴσως ἀναβήσεται καὶ συνερεῖ τῇ βουλῇ Φίλιππος καὶ Ἀντιγένης καὶ ὁ ἀντιγραφεὺς καί τινες ἄλλοι, οἵπερ ἐκεῖ*

δι' ἑαυτῶν εἶχον μετὰ τούτου τὸ βουλευτήριον καὶ τούτων τῶν κακῶν εἰσὶν αἴτιοι. Collata § 40, facile deprehendas in *ΟΙΠΕΡΕΙΕCΙ* delitescentem veram scripturam *ΟΙΠΕΡΥCΙ;* itaque Demostheni reddendum est: *καί τινες ἄλλοι, οἳ πέρυσι δι' ἑαυτῶν εἶχον μετὰ τούτου τὸ βουλευτήριον.* Certo enim exemplo doceri velim, id quod auctore grammatico in Anecd. Bekk. p. 188 perhibetur, *ἐκεῖ* apud scriptorem probe Atticum adhiberi posse pro *τότε.*

